T. LIVII
FORO-
JULIENSIS

VITA
HENRICI V.

HEARNE.


Henry Labouchere

This Book belonged to Gray the Poet –
It was bought at Mr Penn's sale
in 1851 –

WL –

THOMAS GRAY'S COPY WITH AUTOGRAPH

233 **HEARNE (THOMAS).** Titi Livii Foro-Juliensis Vita Henrici Quinti, Regis Angliæ. 8vo, red morocco extra, gilt edges, by Clarke and Bedford. Oxford, 1716

THOMAS GRAY'S (THE POET) COPY, WITH HIS AUTOGRAPH SIGNATURE "THO: GRAY" ON THE TITLE-PAGE, and HIS TWO AUTOGRAPH ANNOTATIONS at pages 111 and 121.

On the fly-leaf is the autograph note, signed "H.L." "This book belonged to Gray the Poet. It was bought at Mr. Penn's sale in 1851."

TITI LIVII
FORO-JULIENSIS
VITA
HENRICI QUINTI,
REGIS ANGLIÆ.

Accedit,

SYLLOGE
EPISTOLARUM,
A VARIIS
ANGLIÆ PRINCIPIBUS
SCRIPTARUM.

Tho: Gray.

E Codicibus calamo exaratis deſcripſit ediditque

THO. HEARNIUS, A. M. OXONIENSIS,
Qui & Appendicem Notaſque ſubjecit.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXVI.
Sumptibus Editoris.

THO. HEARNIUS LECTORI.

JAM *diu est, Lector, ex quo Titi Livii Foro-Juliensis, sive Frulovisii, vitam Henrici* V, *regis Angliæ, desiderarunt eruditi. Quamvis enim fragmenta ejusdem aliquammulta apud Historiæ Anglicanæ Scriptores, typis excusos, exstent, integra tamen nondum prodiit. Hinc doctissimus Præsul Carleolensis Guilielmus Nicolsonus dignam esse quæ lucem adspiciat monuit. Inde etiam de illa divulganda cogitarunt* Decem Scriptorum *Editores. Quorum exemplar (à viro cl. Radulpho Jennynges è Bi-*

 bliotheca

bliotheca Cottoniana descriptum, & ab ipso deinde cum Codice Cantabrigiensi in Bibliotheca collegii Benedicti, sive Corporis Christi, adservato diligenter collatum) in manus pervenit doctissimi Felli, Antistitis Oxoniensis. Cujus post mortem Bibliothecæ cuidam insigni dono dedit vir Reverendus Henricus Jones, de quo mentionem feci in Præfatione ad Rossum Warwicensem. Et hoc ipsum est exemplar quod hoc in opere exprimendum duxi.

QUODNAM *Auctoris verum fuerit nomen nondum est mihi exploratum. Titum certe Livium fictitium esse nullus dubito. inde nimirum ortum, quod Titi Livii Patavini fidem & elegantiam fuerit imitatus. Et quidem fidem satis feliciter est assecutus, ab elegantia longe discedens.*

dens. Et tamen eloquentia etiam subinde apparet, si seculi, quo floruit, habeatur ratio, haud vulgaris. Inde colligo, in veterrimis Scriptoribus, historicis præcipue, non mediocriter fuisse versatum. Quid, quod & judicio acerrimo & limato fuisse præditum vel inde liquet, quod nihil leviter & futiliter dictum hoc ipso in opere legamus? Imo hac in re Livium Patavinum exsuperasse videtur. Sed quæ in Livio Patavino superstitionem sapiunt ea plane sunt ferenda & excusanda, quum pium fuisse probent. Eo modo quo & δεισιδαιμονία, *sive religio ingens Atheniensium ex illo apparet quod de iis memoriæ proditum est in Græcorum commentariis, hisce verbis:* Δι' ὅλου τοῦ ἔτους θύουσιν οἱ Ἀθηναῖοι καθ' ἑκάστην πλὴν μίας ἡμέρας.

QUUM

Quum igitur Livius noster quà eruditione, quà judicio atque fide fuerit celebris, metuo an Walsinghami Historiæ Editoris doctissimi censuram probaturi sint eruditi. quippe quæ non ex alio fonte, quam è proprio ingenio fluxisse videatur. Certe nullum attulit argumentum (ut debuit) clarissimis monumentis testatum consignatumque. Ex Italia fugerat Livius, ob rem angustam domi. Inde exterminium, *quod ad initium*[1] *commemorat. Nam istam veram esse lectionem existimo. Hinc in Angliam profectus ab Humfredo duce Glocestriæ, Henrici* V^ti^*. fratre, omniumque bonarum litterarum summo fautore, hospitio fuit exceptus. Illum nimirum maximo honore prosecutus est Vir sanctissimus non tantum ob doctrinam, verum*

1. Pag. 2.

etiam

etiam ob vitæ simplicitatem & integritatem. Inde factum ut ad vitam ipsius Henrici litteris mandandam hortaretur Humfredus. Modestus erat, sed quod rogaverat Princeps illustrissimus recusare non potuit. Nam & hoc vetuit ipsa prudentia. Opus itaque adgressus, incredibili industria, nec minori fide, ut mea fert sententia, absolvit, & Henrico VI^to^. *(cui fuit à secretiori conclavi* [1]*) dicavit. Atque inde est quod tot illum, tanquam præstantissimum auctorem, pressis vestigiis sint secuti.*

De *Codice quodam Livii nostri in litteris ad me amantissime scriptis mentionem facit vir amicissimus Joannes Anstisius, Armiger, in quo Rogerus Wall libri auctor fuisse perhibetur. Sed & monuit idem*

1. Ita in Cod. MS. Francisci Thynne, penes cl. Anstisium.

Ansti-

Anstisius, recentiorem quempiam notula adjuncta mendum esse observasse. Rogerus scilicet iste Wall (quicunque demum is fuerit) possedit tantummodo, non scripsit. Codicem dictum haud dubie viderat Hollinshedus. Inde & ipse deceptus [1] *eundem itidem Wall tanquam auctorem citavit. Inde etiam & lapsus quoque est Stoveus.*

AD *oram Editionis nostræ hinc inde notulas sermone vernaculo conceptas videbis. Verum istæ non auctori, sed scribæ sunt tribuendæ. Nempe vel è Stoveo, vel è quopiam alio desumpsit Historico.*

VITÆ *subnexui Epistolarum Syllogen à variis Angliæ Principibus scriptarum. Quarum omnes (si modo pauculas excipias) sunt (ut*

1. Chron. Ed. Lond. 1587. p. 1591. col. 2.

vocant

vocant) familiares, & *ſuo quæque genere præſtantiſſimæ, aliis à nobis ideo omiſsis, quod alibi commodius ſint edendæ, & plerumque non ab ipſis Principibus ſed à Secretariis fuerint contextæ. Deſcripſi (dempta una & altera) è Collectaneis MSS. quæ mihi moriens legavit vir doctiſſimus Thomas Smithus, S. T. P. Collegiique Magdalenenſis in Academia Oxonienſi decus atque lumen. Poſſidemus & alias, ab Henrico* VIII^vo^. *ad Annam Bolenam, pulchritudine eximia feminam, ſcriptas. Sed ideo data opera ſuppreſſimus, quod verba aliquot contineant obſcœna, quæ lectoribus modeſtiæ virginalis (Annæ Bolenæ ſcilicet ſimilibus, cujus pudicitiam illecebris ac blanditiis ſuis expugnare non potuit Henricus* VIII^vus^, *licet ob formam venuſtam*

tandem in uxorem duxerit) diſplicebunt. Qua de cauſsa omiſit etiam operis cujuſdam grandis Auctor clariſſimus. Seorſim tamen edidit vel ipſe, vel alius quocum communicaverat in libello quodam, qui tantum abeſt ut nuſquam prorſus appareat, ut etiam in bibliopolarum officinis paſſim exſtet. Hiſce multo gratius erit hominibus ſapientibus Epiſtolarum Auctarium è Muſéo inſtructiſſimo Radulphi Thoresbeii de Leedes in agro Eboracenſi, docti viri, & amici noſtri. Et hoc mihi oblatum fuit, opere jam pene ad finem perducto.

DUM *prelum adhuc ſudaret ſchedulam mihi in manus tradidit Tabellarius, quædam de Dno. Joanne Oldcaſtle, milite illo inſigniſſimo, complectentem. Valde placuit.*

Idcirco

Idcirco publico non invidi. Sin quæret quiſpiam unde acceperim, illud ſane explicandum cenſeo, amicum ſcilicet eruditum & perhumanum Georgium Holmeſium è Turri Londinenſi, ubi chartarum ac munimentorum veterum cuſtodis vicibus diligenter fungitur, deſcripſiſſe, & ad me, hominem obſcurum interque libros vetuſtos aliaque antiquitatis monumenta latitantem, tranſmiſiſſe. Itaque gratias ago, quas eo nomine debeo. Neque minores gratias habeo (nam abſit ut in amicos ingratus eſse videar) Richardo Rawlinſono, A. M. è collegio D. Joannis Baptiſtæ Oxoniæ, viro antiquis moribus ornato, perque eam viam eunti, quæ ad immortalem gloriam ducit; cujus quidem diligentiæ (orbi erudito non ignotæ) ſuſpiria illa ſa-

cra ac plane divina Jacobi primi (Angliæ regis) jam morientis, ad calcem etiam voluminis à me juris publici facta, accepta refero.

CETERUM *quod attinet ad sphalmata, ex incuria, ut opinor, scribarum orta, fateor quidem illis scatere Livium, quæ lectoris judicio malui relinquere quam ipse corrigere. Et tamen notas aliquot subjeci breves, publiceque testor, si quis eruditus vel conjectura, vel Codicum MSS. ope veram alicubi lectionem assecutus fuerit, me non modo divulgaturum esse (si modo communicaverit) verum etiam (si id permiserit) per quem profecerim agniturum: non aliter atque nunc gratus agnosco Joannem Anstisium, quem supra memoravi, Armigerum, in litteris interioribus & reconditis, quas*

indefesse

indefeſſe ſcrutatur, verſatiſſimum, arbitrari ad pag. 194. *Roſſi noſtri* cunagium *pro* omagium *eſſe reponendum, & amicum eximium Thomam Rawlinſonum, Armigerum, cum primis hominem integrum atque doctum, recte monere* favum *pro* fanum *ad pag.* 10. *ejuſdem Roſſi eſse legendum; qui inſuper docuit ſe habere in bibliotheca ſua, quamplurimis libris rariſſimis referta, exemplar impreſsum tractatus de pomo, cujus meminit Roſſus pagina* 36. *Prodiit ſcilicet ante annum Domini M.D. dignumque eſse judico (quantumvis nondum viderim) qui ab antiquariis perlegatur. Hæc de opere noſtro, quam breviſſime potui. Nec quid præterea in præſentia dicam, niſi quod ſtudiorum noſtrorum Fautor liberaliſſimus, ingenioque, eruditione*

ac

ac judicio illustris Joannes Bridgesius, è Templo Interiori Londini, Armiger, ea qua virum bonum & prudentem decet modestia & humanitate per litteras indicaverit, se habere Monastici Anglicani exemplar charta regia, cujus primo volumini epistola illa eximia doctissimi Bathursti, quam in sexto volumine Lelandi Collectaneorum in lucem emisi, præfigitur; hisce tamen ab Editione nostra discrepantiis, ut inscribatur Viro amplissimo N. *sine ulla mentione Langbainii reliquarumve vocum quas in inscriptione à nobis edita legimus: & hoc modo claudatur,* Tibi omnibus officiis addictissimus Rad. Bathurst Med. D. & Coll. Trin. Oxon. Soc. *cum ista temporis notatione,* Oxonii è Collegio Trinitatis Kalendis

lendis Decembribus. *Hujusmodi Stricturas leves & inutiles esse proculdubio censebunt nonnulli: sed aliter de illis pronunciabunt doctiores, in quorum certe numero jure merito habendus est Bridgesius; qui porro in aliis quas dedit litteris ostendit exemplar suum epistolæ excusum esse, & non modo lectionem hanc* scobs ipse & præsegmina *Apographi Smithiani confirmare, sed &* Deorumve Gentilium *pro* Deorum Gentilium *in eo legi. Vale, Lector, studiisque nostris litterariis fave. Scribebam Oxoniæ in Aula Edmundi* 4^to^. *Kal. Maii Anno Æræ Christianæ receptæ* MDCCXVI.

EORUM,

EORUM,
Quæ hoc Opere continentur
INDEX.

Ded.

LXXXVIII.

TESTI-

TESTIMONIA.

E Præfatione MATTHÆI PARKERI, *Viri doctissimi, Archiepiscopique* CANTUARIENSIS, *ad* THOMÆ WALSINGHAMI *Historiam brevem ab Edwardo primo ad Henricum quintum.*

——Rationem interim & exemplum Titi Livii Frulovisii Ferrariensis odi: qui cum Henrici quinti res gestas proposito præmio scribendas in se susciperet, ne videretur Authorem quendam ἀνώνυμον eisdem vestigiis insequi, quoniam pingui Minerva usus esset, cujus historia sic exorditur (*Lucerna posita sub modio*) multa ab eo egregie scripta, & à principe inclito divinitus facta omnino prætermisit. Curiosam istam in alios injuriam, seu delicatam philautiam non approbo, maloque cum bona fide crassissime dicta commemorare, quam (ut mihi aliquid arrogem) mortuos injuria afficere, posteros rerum ante actarum veritate fraudare.

Bishop NICOLSON's English *Historical Library, Edit.* 2*d. p.* 82.

HENRY V. was a most Heroick Prince; and his single Victory at *Agencourt* might have afforded Matter for more Volumes than (as far as I can yet learn) have been written on his whole Reign. 'Tis said that his Exploits were carefully recorded by *Peter* [1] *Basset*, who was of his Bed-Chamber, and an Attendant on him in all his Triumphs. But what the same [2] Person writes of another (Anonymous) Author who translated *Livy*'s History into *English*, and also wrote the Life of *Henry* V. is such Stuff as is common with him. The Truth is, His Life was written at large by one who call'd himself *Titus Livius*; who, by that Name, Dedicated

1. *J. Pitts, p.* 616. 2. *Idem, p.* 824.

it to King *Henry* VI. and is still quoted by *Stow* and others. We have to this Day two good Copies of his Work; one in Sir *John Cotton*'s Library, the other in that of *Bennet* College. Out of these, carefully Collated, a Third was prepared for the Press by [1] the worthy Publishers of the *Decem Scriptores*; which (with several other Historical Treatises, some whereof have been printed) was afterwards purchas'd by that Indefatigable Promoter of all sorts of Learning, the late Pious Bishop *Fell*. This Treatise is abundantly quoted by our General Chroniclers. But no piece of History relishes so well at the second Hand, as it does when we have it from it's first Author. It were therefore to be wished, that the good Prelate's Executors would do Him and Themselves (as well as the Publick) so much Right as to Print it; together with the like valuable Manuscripts which have thus fallen into their Hands.

1. See *White Kennet's* Life of *Somner*, p. 65, 66.

Operis

Operis Fautores.

NB. *Exemplaria aliquot charta regia excudimus, in eorum ſcilicet gratiam quibus præfigitur aſteriſcus. Quin & id obſervandum, illos omnes (quibus hæc nota † ſubjicitur) plura deſideraſſe exemplaria.*

EDvardus Alexander, Armiger.

* Thomas Allen, A. M. eccleſiarum parochialium de Murſton & Kingſdown in agro Cantiano Rector. †

Joannes Anſtis, Armiger, Principalis Armorum Rex, cognomento *Garter.*

Joannes Bagford, Londinenſis.

Thomas Baker, S. T. B. è coll. D. Joannis Evang. in Academia Cant.

Joannes Baron, S. T. P. collegii Balliolenſis Magiſter, Academiæ Oxonienſis Vice-cancellarius, eccleſiæ Cathedralis Briſtollienſis Prebendarius, & eccleſiæ parochialis de Heath in agro Oxonienſi Rector.

* Chriſtophorus Bateman, bibliopola Londinenſis. †

Hilkias Bedford, A. M.

* Thomas Bowdler, Armiger. †

Carolus Brent, A. M. Ædis Chriſti Oxon. Alumnus.

* Honoratiſſ. Dominus Dominus Jacobus Bridges Comes de Carnarvon.

* Joannes Bridges, è Templo Interiori Londini, Armiger. †

* Guilielmus Brome, de Ewithington prope Herefordiam, Generoſus. †

Edvardus Burton, collegii Orielenſis in Acad. Oxon. Commenſalis.

* Arthurus Charlett, S. T. P. collegii Univerſitatis in

Acad. Oxon. Magiſter, & eccleſiæ parochialis de Hambledon in agro Buckinghamienſi Rector.

* Joannes Chicheley, è Medio Templo Lond. Armig.

*Gualterus Clavell,è Templo Interiori Lond.Armig.†

* Robertus Clavering, S. T. P. Ædis Chriſti Canonicus, & Linguæ Ebraicæ in Acad. Oxon. Profeſſor Regius.

Henricus Clements (Pater,) bibliopola Oxonienſis. †

* Henric. Clements (Filius,) bibliopola Londinenſis.†

* Joannes Corbet, LL.D.

Thomas Deacon Londinenſis, Generoſus. †

* Joannes Dod, M. D.

* Philippus Dwight, S. T. P. eccleſiæ de Fulham in agro Middleſexiano Vicarius.

Richardus Dyer, A. M. collegii Orielenſis in Acad. Oxon. Socius.

Joannes Evelyn, de Wotton in agro Surrienſi, Eques Auratus & Baronettus.

* Reverendus admodum in Chriſto Pater Guilielmus (Fleetwood) nuper Aſaphenſis,nunc Elyenſis Epiſcop. †

* Honoratiſſimus Dominus Dominus Foley.

Marmaducus Fothergill, de Ponte-fracto in agro Eboracenſi, A. M.

Richardus Frewin, M. D. Oxonienſis.

Samuel Gale Londinenſis, Generoſus.

Thomas Girdler, S. T. B. collegii Wadhami in Acad. Oxon. Socius.

* Robertus Goſling, Bibliopola Londinenſis. †

* Thomas Granger Londinenſis, Generoſus.

Richardus Graves,de Mickleton in agro Gloceſtrienſi, Generoſus.

* Edvardus Green, Generoſus, Noſocomii S. Bartholomæi Lond. Chirurgus.

* Guilielmus Grey Londinenſis, Armiger.

Joannes Griffin, de Sareſden in agro Oxonienſi, A.M.

Richardus Hale, M. D. in Noſocomiis de Bethleem & de Bridewell Londini Medicus.

* Joannes Hales, Armiger.

Antonius Hall, A. M. collegii Reginæ in Acad.Oxon. Socius.

Georgius Harbin, A. M.

Joannes Hare, Armiger, Fecialis Richmondianus.

* Honoratiss. Dominus Edvardus Dom. Harley, Baro de Wigmore.

Joannes Harwood, LL.D. collegii Juristarum (quod vulgo vocant **Doctors Commons**) & Societatis Regiæ Londini Socius.

Samuel Hawes, A. M.

* Franciscus Hayes, Armiger.

Thomas Hinton, A. M. collegii Corporis Christi in Acad. Oxon. Capellanus, & ecclesiæ de Lasham in agro Hantoniensi Rector.

Georgius Holmes, Archivorum in Turri Londinensi Custos (quem appellant) Deputatus. †

Reverendus admodum in Christo Pater Georgius (Hooper) Episcopus Batho-Wellensis.

* Robertus Huntman Londinensis, Generosus.

Lancelottus James, A. B. ex Æde Christi Oxon.

Richardus Ibbetson, A. M. maxime Reverendo in Christo Patri Guilielmo Wake, Archiepiscopo Cantuariensi, à Sacris, & ecclesiæ de Hadleigh Magna in agro Suffolciano Rector.

Robertus Jenkin, S. T. P. collegii D. Joannis Evang. in Acad. Cantab. Magister, & S. Theologiæ in ead. Academia Prælector D. Margaretæ.

* Mauritius Johnson, è Templo Interiori Londini, Armiger.

* Guilielmus Jones Londinensis, Generosus, Soc. Reg. Sodalis.

Benedictus Ithell, Armiger.

* Robertus Keck, è Templo Interiori Londini, Armiger. †

Gilbertus Lake, S.T.B. Ædis Christi Oxon. Alumnus.

* Henricus Levett, M. D. in Nosocomio Suttoniano Londini Medicus.

Franciscus Lutterell, de Medio Templo Londini, Arm.

* Robertus Lydall, S. T. B. collegii Magdalenensis in Acad. Oxon. Socius, & ecclesiæ de Wightham in agro Bercheriensi Rector.

* Joannes

* Joannes Markham, Pharmacopola Londinensis.
* Richardus Mead, M. D. †
* Samuel Mead, Armiger. †
——————— Midleton, Generosus.
Guilielmus Musgrave Exoniensis, M. D.
Petrus le Neve, Armiger, rex Armorum cognomento Norroy.
* Prænobilis & generosissima Domina Domina Anna Henrietta Oglethorpe.
* Samuel Palmer, Generosus, Nosocomii S. Bartholomæi Londini Chirurgus.
* Thomas Pellet, M. D.
Thomas Pestall Londinensis, Generosus.
Carolus Peters, A. B. ex Æde Christi Oxon.
Georgius Plaxton, A. M. ecclesiæ de *Barwick in Elmet* in agro Eboracensi Rector.
* Christophorus Rawlinson, de Corke Hall in agro Lancastriensi, Armiger.
* Richardus Rawlinson, A. M. è coll. D. Joan. Bapt. Oxon. Societatis Regiæ Londini Socius. †
* Thomas Rawlinson, Armiger, Medii Templi & Societatis Regiæ Londini Socius.
Collegium Reginale in Acad. Oxon.
Richardus Richardson, de North-Bierley in agro Eboracensi, M. D. †
* Honoratiss. Dominus Dominus Henricus (Roper) Baro de Teynham.
* Thomas Sclater, de Hospitio Greyensi Londini, Armiger.
* Prænobilis Dominus Dominus Thomas Sebright, Baronettus.
Hans Sloane, M. D. Societatis Regiæ & coll. Medicorum Londini Socius. †
Georg. Smith, è Medio Templo Londini, Generosus.
* Jacobus Sotheby Junior, Generosus Londinensis.
* Honoratiss. Dominus Dominus Carolus (Spencer) Comes de Sunderland.
Ludovicus Stephens, A. M. Ædis Christi Oxon. Alumnus.

Guiliel-

Guilielmus Stratford, S. T. P. Ædis Christi Oxon. Canonicus.

* Prænobilis Dominus Dominus Philippus Sydenham, de Brimpton D'Evercy in agro Somersettensi, Baronettus.

* Brook Taylor, è collegio Juristarum quod vulgo vocant **Doctors Commons**, LL.D. Societatisque Regiæ Sodalis ac Secretarius.

* Ludovicus Thomas, Typographus Oxoniensis.

Radulphus Thoresby, de Leedes in agro Eboracensi, Generosus.

Benjaminus Tooke, bibliopola Londinensis. †

Richardus Topham, de Windlesora, Armiger.

Thomas Wagstaffe, Generosus.

Joannes White, A. M. Academiæ Oxoniensis Procurator Junior & Ædis Christi in eadem Academia Alumnus.

Richardus Wilkin, bibliopola Londinensis.

Brownus Willis, de Whaddon-Hall prope Fenny-Stratford in agro Buckinghamiensi, Armiger.

Joannes Woodward, M. D. Societatis Regiæ Sodalis, & in collegio Greshamensi Medicinæ Professor. †

INVICTISSIMI *Anglorum Franciæque Regis* HENRICI QUINTI, [2] Et ejus filium Christianissimum Regem HENRICUM SEXTUM VITA

[1] Fol. 1, a.

Per TITUM LIVIUM de Frulovisiis Ferrariensem edita feliciter incipit.

CUM à primis annis de parente meo, suis & æqualibus crebrius auditum fando meminissem, inter [3] omnes ætatis nostræ reges Henricum patrem tuum fama rebusque gestis anteire, non mediocriter, ut verum non [4] inficiar, ad dicendi [5] rationem eas ob res sum accensus. Cumque menses & annos studiis & lucubrationibus meis ad institutum intentus proficere, cœpissemque fieri melior, quod Henrico patri jam finem natura fecerat, qui superstites familiæ tuæ, qui suorum studiorum magis imitatores essent indies tum scire curiosus magis ac magis eram. Audiebam te vix duorum annorum tanto regi superstitem, præclarissimo principi Humfredo [6] Gloucestriæ duci, tuo patruo, tutelæ relictum, qui & ipse Henrico

1. *Numeri marginales Codicis nostri Bodlejani folia designant. Littera* a *primam*, b *secundam folii faciem indicat.* 2. *Lege*, ad. 3. Omnis *Ben.* 4. *Sic.* 5. Rationem & exercitationem eas *Ben.* 6. Clouceſtrix *Ben.*

 [1] patri,

[1] patri frater è quatuor natu minor filius pietate & [2] nomine à rege dictus ſuis [3] diſciplinis eruditus, ſpectator omnium tanti regis geſtorum, imitator adjutorque fuerat; qui te ſumma pietate fideque nutriebat, ita ut alter à Lycurgo Lacedæmoniorum regis Pollibite fratre verſus regem nepotem nutriendum integritate & fide per univerſum orbem prædicetur. Hunc & Humfredum ducem in literarum & omnium humanarum divinarumque rerum ſtudiis ceteros principes quantum eſt qui vivant ſuperantem. Hinc amor itineris, hinc tanti labores, hinc pecuniarum mearum conſumptio, vel, ut verius loquar, & in patria totius, quamquam non mediocris, emolumenti mei [4] extra ciminum, regnum hoc ad patruum tuum adii, qui me nutrivit & honeſtavit ſatis. Ubi pro poſſe totum omnium ſtudiorum meorum fructum iis in ſcribendis quæ ad gloriam tuam, regni, ſuamque ſpectare credebam lubens ſubpeditavi. Modo cum michi jam inſtaret in patriam meam reditus, quanquam in regia tua domeſticus hîc non vixerim, rogatu ſupplicationibuſque meis illuſtriſſimus patruus Humfredus, parentis tui diligentiſſime conquiſitis rerum geſtarum, quæ potuerunt haberi, [5] monumenta, tanti regis vitam præclaraque geſta [6] michi ſcribenda mandavit, quod ſummo ſtudio, [7] circa, voluntate, lubentia, ſumma denique voluptate negotium adortus, [8] cum quod is divinus rex multarum vigiliarum & lucubrationum animo michi cauſa in percipiendis literis fuerat, tum quod & indiginatu Angliæ regni ducis hujus patrui tui rogatu ſuaſuque me

Fol. 1. b. donaveras, cauſam nactus qua tuæ regiæ liberalitati gratias referrem, regis hanc invictiſſimi vitam & præclara geſta patris ad filium te regem Chriſtianiſſimum, cujus tibi mores imitandos maxime nationes omnes ſperant, deſcripſi. Non quod ego tibi bella paci præferam, [9] ſed . . . . pacem honeſtam habere nequeas, iis artibus, quibus ſuos & tuos hoſtes pater domuit, eiſdem virtuteque belli cum victoria [10] ſimili regnis tuis pacem

1. Tuo patri *Ben.* 2. Appellatione ſemper à *Ben.* 3. In diſciplinis *Ben.* 4. Exterminium, reg. *Ben.* 5. *Sic. Forte*, monumentis. 6. Mihi *Ben.* 7. Cura *Ben.* 8. *Forte*, tum. 9. Sed ſin aliter pacem *Ben.* 10. Simul *Ben.*

&

& quietem quærens, divinum tibi regem cunctis in rebus imitandum proponas.

Spes erat Wallicis, ut portandi dicebant è quadam ipsorum prophecia, quod in eorum patria nasciturus erat princeps, qui regnum universum Angliæ regeret. Quod [1] impletum est per Henricum quintum natum [2] hîc.

Hic exule patre tunc Hertfordiæ duce nutritus est in [3] regna, & per Ricardum regem honeste decenterque in regis amore omniumque principum & virorum. De quo rex hæc sæpe verba in frequenti sua curia sic protulit, se fando semper à majoribus audivisse, de sua familia nasciturum Henricum quendam, qui suis laudibus egregiisque gestis in omnem orbem celebrandus esset. Quem hunc eundem illum certe sperabat. Inde cum Hibernici rebellassent, in expeditione cum rege profectus est, ut rem militarem & disceret & primum [4] excerceret. Cujus quum primum pater ab exilio rediit, statim post mortem Ricardi, velut jura volebant, in regem sublimatus [5] est." Post cum Scotiam hostilem terram aggrederetur, hunc maximæ parti suarum copiarum Henricum filium præfecit; cujus virtus strenuissima fuit & maxima. Post & orta ingenti seditione ad aquilonem in ipsa Anglia, cum rege suo parente hîc ad comprimendos motus profectus, ad opidum Salopiæ armatam maximam manum seditiosorum convenere. Contra quos [6] pater & filius cruentam, duram, & longam pugnam habuere. In qua hujus Henrici filii regii virtus enituit maxime. Dumque nimis ardenti animo incautius forte pugnaret, in facie sagitta trajectus, ab omnibus in vitæ discrimine dum crederetur, & illum ex acie deducere vellent, "Quonam," inquit, "animo reliqui pugnabunt, si me principem, re-
"gis filium, pavore cedentem ex acie videbunt? Ducite
"me sic vulneratum ad primos, ut ego commilitones
"nostros non verbo, sed factis, ut principem decet, ac-
„cendam." Inde majorem in hostes quam primùm impetum facit. Diu pugnatum est [7] utriusque dira cæde. Sed cæso tandem Henrico Percye juniore, conjurationis

1. Adimpletum *Ben.* 2. Illic *Ben.* 3. Regia *Ben.* 4. *Sic.* 5. *Deest Ben.* 6. Et pater *Ben.* 7. Utrinque *Ben.*

principe, victoriâ maximâ regis prœlio finis imponitur. Wallici plurimi, totius immo Walliæ pars maxima in
Foſ. 2. 2. hac conjuratione fuerant. In qua dum perſeverarent, rex illorum terram ferro igneque vaſtabat. Cui bello regis filius princeps [1] Henricus præfectus longa militia de ſeditioſis & rebellibus partim prœlio cædit, captos nonnullos jure merito dampnat, nonnullos in validiſſima caſtella compulit, quos expugnatos quidem tandem conficit, & maximam partem fugat in caſtellum validiſſimum [2] de . . . . Ad quod profectus princeps præfatus tormentis pluribus & cuniculis, ceteriſque oppugnandorum [3] oppidum apparatibus, cruenta tamen victoria, cum diſpendio multo, frigore inaudito & in cultu quodam agrorum naturali veluti maximo deſerto potitus eſt caſtello, cum reliqua Wallia in deditionem patris reducta, præter Owanum quendam Wallicorum caput, qui propter metum & conſcientiam facinoris in deſerta loca & antra ſine comitibus fugatus vitam inhoneſte finivit. Ejus Owani Henrico poſtea [4] regi" famulatus eſt filius. Et hoc de [5] Wallia bellis ſatis, quorum [6] ad certam quoque ſingulorum notitiam non devenerunt.

Johannes interim dux Burgundiæ bello premebatur ab [7] Aurielanenſi duce, ſic ut coactus in Angliam ſit auxilium petere ab hoc Henrico principe. Qui bona venia patris, de ſuis nonnullos in Galliam auxilio mittit ad Burgundum; quo victoria potitus eſt. Quas ob res à patre [8] & conſilio regio primus hic dictus eſt regi ſemper carus & gratus, etſi nonnullorum detrectationibus in hoc aliquantiſper fama ſua læſa fuerit.

Hic erat princeps ultra mediam ſtaturam, facie decora, oblongo collo, corpore gracili, membris ſubtilibus, miris tamen viribus, curſu velociſſimus, ita ut nullis canibus, nullis miſſilibus, duobus ſæpe comitibus damam velociſſimum animal ipſe prehenderit. Muſicis delectabatur, [9] veneria & martialia mediocriter ſecutus, & alia

1. Hic Henr. *Ben.* 2. De Aperhuſtumth *Ben.* Amberrſtmuch *alii.* 3. *Sic.* 4. *Deeſt Ben.* 5. Hæc de Wallicis *Ben.* 6. Ad veram & certam ſingulorum omnia notitiam *Ben.* 7. Aurelianenſi *Ben.* 8. In conſ. *Ben.* 9. Venerea *Ben.*

quæ

quæ [1] militaribus licentia præbere ſolet quoad rex illius pater vixit.

Jam patri finem natura faciebat, & ſacerdote quodam in altari ſacrificante huic principi filio ſuo poſt debitas deo gratias & ſupplicationes rex pater benedixit. Qui dum moreretur Henricus princeps, ut qui ad regnum deventurus erat, ad ſe vocato ſacerdote honeſtiſſimæ vitæ quodam monacho, præteritos errores confeſſus, vitam & mores penitus emendavit, ita ut poſt patris obitum nullus laſciviæ locus in eo unquam fuerit inventus.

Huic tanto principi per concionem publicam totius regni, quam Parliamentum vocant, elato [2] regi poſt triduum fidelitatis jusjurandum ſinguli [3] proceres obtulerunt, priuſquam ipſe coronatus de [4] bene regendo jusjurandum præſtitiſſet. Quod antehac in nullo Anglico principe factum invenitur. Quibus habitis debitis [5] gratis, ipſos hortatus eſt ad rei publicæ ſalutem & honorem. Et ſi cui infenſus habebatur, omnibus omnia remiſit, dicens & deo ſupplicans, "Si omnia benefacturus erat pro ſalute & honore regni & patriæ deus, ſe coronari permitteret: ſin aliter, potius tumulari." Fol. 2. b.

Anno domini M. CCCC. XIII. hujus vero principis [6] anno" ſexto & vigeſimo, VI. Nonas Aprilis coronatus & unctus eſt Henricus quintus omnibus ſolennitatibus & pompa in Angliæ regno conſueta. Qui poſtquam in paſchate [7] paſſionis" domini [8] ſumpta de ſacerdote Euchariſtia, præſtitoque ſibi fidelitatis à cunctis regni proceribus jurejurando, tempore congruo inter opera prima ædes regias ædificari mandavit, quæ vulgo dicuntur manerium de Shene, & ædem binam ſuper Thamiſiam flumen, unam Cartuſienſibus viris religioſis quam Bethleem nominavit, alteram ſacris mulieribus beatæ Brigidæ quæ Syon nominata eſt. Hiis & ambabus à ſummo pontifice Indulgentias impetravit, & hæc templa proventibus immunitatibuſque pluribus ditavit.

Inde per omne regnum judices, quos bonos & æquos

1. Militaribus adoleſcentibus licentia *Ben.* 2. Principi *Ben.* 3. Proceres præſtandum obt. *Ben.* 4. Bene & juſte reg. *Ben.* 5. L. Gratiis. 6. *Deeſt Ben.* 7. *Deeſt Ben.* 8. Capta *Ben.*

credidit,

credidit, ordinavit, & ceteros ſingulis ſuorum locorum partibus præfectos neceſſarios. Demum omnibus in Hibernia, Scotia & Wallia ſatis pacatis, ſtatuit regnum ſuum Franciæ, quod hereditate ſibi devolvebatur, recuperare. Prius tamen per omnia fere ſtudia & univerſitates à juris tam divini quam humani peritioribus [1] conſilia voluit, juſtene & ſine ullo [2] honere conſcientiæ ſuum Franciæ regnum armis repetere poſſet. Quod ita fieri poſſe ad unum omnes ubi conſulunt, legationem ad Gallos inde mittit, qui jura ſua in concilio Gallorum petant, & ſi forte negarent, nuncient illis, Henricum regem vi & armis ſibi juſtitiam quæſiturum. Qui benigne recepti, aliud [3] nichil expoſita legatione ſua retulere, niſi quod infra paucos dies ſuper voluntate ſua legatos remitterent in Angliam ad regem. Et eſt ita factum. Veniunt Gallorum legati, magnæ auctoritatis viri. [4] Inter quos erat legationis princeps . . . . episcopus [5] ſimiliter excepti benigne & in honore magno, tandem dicendi tempus petunt & locum. Quibus obtentis, poſt longam fruſtrationem, in [6] convitiis tandem e-
Fol. 3. 2. rumpunt & irriſum, ut non timentes quod Henricus rex jura ſua viribus adipiſci conetur. Quibus etſi contra regnum & regem Angliæ inhoneſta quamplura dixerunt, eſt tamen jus gentium de legatis ſervatum, quod ut venerant ſic illæſi inviolatique redierunt.

Interim magnanimus rex apparatum belli totis viribus conabatur. Sed prima cum hæreticis & ab eccleſia deviantibus illi pugna fuit. Erant namque per id temporis in Anglia milites duo equeſtris ordinis Johannes Oldecaſtell, (qui ante coronationem regis ab ipſo propter has opiniones dimiſſus fuerat, & ab ejus famulatu penitus abjectus,) & Johannes Acton, [7] princeps ſectæ cujuſdam nephariæque ſuperſtitionis, quos ingens multitudo ſimiliter errantes ſequebantur armata manu contra ſacerdo-

1. *Lege*, conſiliari. 2. Onere *Ben.* 3. Nihil *Ben.* 4. **Amongſt whome the Archbiſhopp of Burges was the principall and the cheife. Who in like manner as the Engliſhe Legats in Fraunce were alſo receaved beningly and in greate honnor heere in England** *habent Scriptores Anglici.* 5. Ii ſimiliter *Ben.* 6. *Lege*, convitia. 7. Principes *Ben.*

tes,

tes, ecclesiam, regem & omne regnum. Quod ut primum in Eltam in Epiphaniæ solennitate innotuit regi tam detestabile facinus, & esse jam collectos in campo scelestos quodam dicto **Fikettelt** in agro Londoñ non procul à Westmonasterio, statim hujusce rei nulla facta significatione bonus rex in regiam suam apud Westmonasterium [1] sine tumultu contulit. Inde convocatis armatisque nonnullis turmis eos aggressus, nulla pene vi devicit, cepit, [2] occidit," affixitque captos cruci, [3] ductoresque suos nonnullos dies in vinculis detentos digno affecit supplicio. Prima igitur victoria tanto principi pro Christo ecclesiaque dei contra nephandos superstitiosos fuit.

Anno secundo imperii sui in concione maxima, ubi princeps, duces, comites, barones, episcopi, & abbates, & burgenses conveniunt, duces creavit hic Christianissimus rex illustrissimos germanos fratres ejus Johannem Bedfordiæ & Humfredum [4] Glouceſtriæ. Edictum insuper fecit, Quod quicunque hæreticus esset in Angliæ regno sicut hostis Christi, ita & proditor regiæ majestatis reus haberetur, & alia [5] decreta. Quæ quoniam ex ordine notata sunt alibi, non in hoc opere præsenti scribentur.

Quum jam dilectus validus esset habitus ad jura regni Franciæ repetenda, jejuniis, deo precibus, regiis peregrinationibus devotis & aliis supplicationibus cleri præhabitis, rex hic divinus in littore maris universum [6] excercitum suum lustrans, inter alios comperit procerem quendam Olandinum cum armatis viginti viris, qui olim omnia sua [7] bona" pauperibus erogaverat, & ingressus Cartusiense monasterium professionem fecerat, & ejus uxor in aliam religionem. Post hujus instituti pœnitens, obtenta summi pontificis dispensatione dimittendæ religionis. Quem renuit rex Christianissimus, ut inconstantem & religionis contemptorem. Quod ægre ferens Olandinus ad hostes profectus, in prœlio apud Agincourt fortissime prœlians cæsus est. Fol. 3. b.

---

1. Se sine *Ben.* 2. *Deest Ben.* 3. Ductores inde suos *Ben.* 4. Glouceſtriæ *Ben.* 5. Decreta plura. Quæ *Ben.* 6. *Sic.* 7. *Deest Ben.*

Patefacta

Patefacta eſt in hac exercitus luſtratione in regem ingens conjuratio trium, quorum unus genere regi propinquus, comes ſcilicet; alter Henricus Grey conſiliarius magnus regis; tercius Thomas Scrop, equeſtris ordinis miles erat antehac decorus. Quos captos, poſt illorum ſui facinoris confeſſionem propriam juſto regni judicio conſueto [1] percuti juſſit.

Anno tercio Idibus Sextilibus rex cum omni exercitu naves [2] aſcendit ad mille, tercia nocte ad [3] Clues de caux in Normanniam applicuit. Quod ut ex agris fugientium rumoribus in urbes & ad principes devenit, omnes ingenti pavore ſunt percuſſi. Rex autem Henricus, duces Clarenciæ & Glouceſtriæ ſui germani fratres, dux Eboraci regis patruus, comites, barones, milites, proceres, populares & plebei multitudo copioſa tentis velis apud [4] Clef de caux in [5] litore navibus aſcendunt. Tunc ad genua ſtatim rex procidens deum orat, ut ad ejus divinitatis honorem ſibi juſtitiam ex hoſtibus faciat. Poſt, [6] milites [7] nobilis nonnullos equeſtri ordine inſignivit, & antea quoſdam jam equites, quos ſtrenuos dignoſque cognoverat, vexillarios ſuos inſtituit. Hiis itaque dignis honoribus decoratis ibi montem quendam armatis ſatis difficilem aſcendit, ut ſollennitas Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis poſtera die honore digno celebraretur à ſuis. Dux Clarenciæ cum acie prima, cui præerat, Harifluvium opidum verſus, quod diſtat à [8] Clef de caux vix tres leucas, non procul à prætorio regis in amœno rure ſuos milites tenuit. Comes [Michael de la Poole] aciei poſtremæ præfectus ex altera parte caſtrorum regis in campeſtribus erat. Nobiles & alii viri qui duabus alis præerant à dextris & ſiniſtris. Hîc rex Chriſtianiſſimus edici jubet ſub pœna læſæ majeſtatis, ut ædes ſacræ il-
Fol. 4. a. læſæ inviolatæque habeantur, nullus & audeat altaris auferre ſacra vaſa, libros, vel quæ officio divino celebrando ſunt neceſſaria, neque vim faciant [9] vel injuriam" inermibus eccleſiaſticis neque mulieribus. Quibus edictis

1. Securi perc. juſ. *Ben.* 2. Aſcendit quæ numero fuerunt ad mille *Ben.* 3. Chief *Ben.* 4. Chief *Ben.* 5. Littus è navibus *Ben.* 6. *Forte*, militiæ. 7. Nobiles *Ben.* 8. Chief *Ben.* 9. *Deſunt Ben.*

patefactis,

patefactis, ſtatim exploratores mittit armatos ad Harifluvium oppidum. Quibus cum magna præda redeuntibus, omnium quæ voluerat rex prudentiſſimus certior redditur.

Harifluvium inter duos montes ſitum in ora maritima juxta Sequanam fluvium, cujus per medium opidi [1] &" rivus defluit, & non procul ab oppido in eundem Sequanam ingreditur. Ambo poſtea ſimul in mare fluunt. Ubi portus eſt validiſſimus duabus pulchris turribus munitus, infra quem maxima tutari navium multitudo poſſet. Qui ſi rivi fluxum intra mœnia [2] claudent (quod facile poſſunt.) Hoc oppidum adortus rex ipſe ſuum prætorium erigit in monte propter quoddam ſacellum, & oppidi mœnibus à regiis caſtris cinctis ultra ripam fluminis Clarenciæ ducem caſtra metari jubet. Qui maximis in aquæ tranſitu viribus, pluribuſque & mutuis vulneribus cum oppidanis, ceteroque præſidio ad cuſtodiam loci præmiſſo, magna [3] utriuſque pugna ſuperatis hoſtibus tandem & intra mœnia cumpulſis ſuos omnes ultra ripam traduxit. A ripa fluminis inde dorſoque montis uſque ad Sequanæ littora ſtativa poſuit. Prætorium tamen ſuum in montis clivo itidem in ſacello quodam erigit. Et quanquam rivus ille caſtra dimidiata faceret, erecta tentoria, ſtatutæ viæ, opifices varii [4] tum ad erigenda tormenta, tum ad militum uſus ſtativis illis urbis pulcherrimæ ſpeciem præbebant. Et ipſius regis ſacerdotes non aliter illic in bello deo ſupplicationes & ſacras preces ſtatutis ſolitiſque horis, ac domi & in ipſa pace fieri ſoleat celebrant.

Herfleete, alias Herflewe, won in 38. dayes.

Mandaverat hujus obſidionis curam rex ſereniſſimo ſuo fratri Humfredo duci Glouceſtriæ cum turmis quibus plurimis præerat, & alio loco Eboraci duci regioque Mareſcallo ex ea parte rivi qua rex in caſtris locatus erat cum aliis ſtrenuiſque ipſarum ductoribus. Quibus aliiſque rebus & modis omnis aditus & egreſſus oppido clauditur, ſic ut ſubſidii futuri ſpes nulla ſit oppidanis. Machinæ & tormenta plurima contra muros erecta terrorem & murorum ruinam intuliſſent obſeſſis, niſi in op-

1. *Deeſt Ben.* 2. Claudent, nullus ad ipſos inde muros aditus habeatur. Hoc oppidum *Ben.* 3. Utrinque *Ben.* 4. Cum *Ben.*

pido clauſus rivi fluxus [1] lacum vel maris inſtar inter re-
Fol. 4. b. gem & Clarenciæ ducem feciſſet. Non obſtitit tamen quin [2] dux cuniculum in terra fodi faceret, per quem deductis militibus ſuis incautum hoſtem aggrediens oppido potiretur. Sed exitum ſuum animadvertens hoſtis, partes ſuas in hoc cuniculo ponit. Fodiunt & ipſi quoad inter ſe foſſores hoſtiles conveniunt. Illic crudelis [3] utriuſque cædes. In [4] oppido tamen nequaquam pervenitur. Manſit & multos dies hæc opera militibus, ut à rege ſuo ſibi prius data venia ille pulchrum facere putaretur qui in ſubterranea cavea in hoſtes animoſius pugnaret. Et ſic quod ad hoſtes [5] bellandos inchoatum erat, ad laudem [6] exercitia militaria convertitur. Rex vero die noctuque ipſe vigilias, cuſtodiam, ſtationeſque circuibat, officioſos laudans, ceteros corrigens & caſtigans. Et in ipſa obſidione prima imbelles naves & ad pugnam minus aptas in Angliam redire permiſerat, ceteris & melioribus ad hujus cuſtodiam portus reſervatis, manere jubens & illas quoque naves quæ machinis tormentiſque devehendis deputatæ fuerant. Quas [7] cum timentes oppidani ſuas omnes [8] infra portum ligatas catenis tutelaque munitas deduxerant, & in Anglicos omni qua via poterant obſeſſi ſæpius erumpere tentarunt, ſed ab obſidentibus repulſi cedere ſemper coacti. Tandem [9] ut ex hujuſmodi eruptionibus aliud nichil præter vulnera propriique ſanguinis crebros fluxus reportabant, ad pactionem cum hoſte deveniunt. Qui poſtquam ab eis induciarum petiti quamplures dies ad ſubſidium expectandum & ſemetipſos à ſuis ex hac obſidione liberandos, ſibi negantur à rege, ducuntur in hanc pactionem quod niſi infra [10] ſex . . . . . . per ſuos dominos ab hac obſidione liberentur, tradent in hujus Chriſtianiſſimi regis manus oppidum cum triginta de primoribus, quos qualeſque rex victor nominaret, occidendos ſeu redimendos ex ipſius mera regis voluntate. Ceteri vero tam milites quam oppidani, nullis aſportatis bonis, inermes, liberi quo velint abire que-

1. Lacuum *Ben.* 2. Dux Clarentiæ cun. *Ben.* 3. Utrinque *Ben.* 4. Oppidum *Ben.* 5. Debellandos *Ben.* 6. Exercitiaque mil. *Ben.* 7. Tum *Ben.* 8. Intra *Ben.* 9. Ut qui ex *Ben.* 10. Sex dies per *Ben.*

ant.

ant. Ad quam pactionem firmius & credendam & obſervandam ex majoribus de ſuis duodecim vades illico regi dedunt. Qui cum adveniſſet terminus, nec [1] illi ſubſidio ſuorum [2] ab hac obſidione" forent liberati, ad deditionem coguntur. In plano namque de ſerico regium erigitur prætorium, à quo (ad oppidum inter armatos Anglicos facto calle) Leonellus Braquemont miles eximius à Gallis huic oppido præfectus, ad regem inclitum devenit. Qui procidens ad genua, "Princeps invictiſſime," inquit, "Heæ ſunt pactæ claves, quas & Fol. 5. 2. "pactus & victus una tibi mecum & commilitonibus "meis dedo, ſimul & oppidum." Statimque mandato regio deducti ad ejus majeſtatem [3] domini de Stoteville, domini de Gancourt, & alii ad triginta, velut convenerunt. Reliqua vero multitudo, tam oppidanorum quam eorum qui ad præſidium illic fuerant, inermis abire permiſſa.

Poſt ſpoliis oppidi capti militi cuique juxta virtutem omnium & merita diviſis à rege nobiliſſimis & equis maxime, quorum magna multitudo illic eſt inventa, conſtitutoque hujus loci præfecto Thoma Beaufort comite Dorceſtriæ, regis avunculo, cum colonis ex exercitu regio lectis ad duo milia militum, rex proceres ſuos ad conſilium vocat, quid poſt tantam victoriam hujus oppidi munitiſſimi, infra octavum & triceſimum diem capti, [4] quod vero ſimilius ſtrictiorem obſidionem & animam quoque timere non debebat," agendum videatur, In patriamne per mare meandum, an Calleſiam per mediterraneam regionem per hoſtila loca pergendum ſuadeant. Major pars in hanc ſententiam pedibus vadunt, Quod cum novo morbo, ſanguinis ſcilicet fluxu, ex hoc exercitu quamplurimi vita migrarint, multi & jam eadem peſte laborent, & ob relictos colonos ad hujus cuſtodiam loci; Et non laborent milites ſolum, ſed ex ipſis ducibus & proceribus grandis ſatis numerus, qui accepto regio commeatu in Angliam jam redierant, inter quos

1. Ullo *Ben.* 2. *Deſunt Ben.* 3. Dominus de Toteville, dominus *Ben.*
4. **Notwithſtandinge that for the ſtreinght it out to have feared a ſtraighter aſſeige of an whole yeare** *in libris Anglicis.*

ſtrenuiſſimus dux Clarentiæ regius frater, exercitus plurimum ſit imminutus, in Angliam breviori via per mare meandum regem admonentes, quòd ſuæ majeſtati exploratiſſimum erat, per omnes Gallias dilectus maximos haberi, [1] virorumque jam multitudinem infinitam ab adverſariis collectam, & exercitum iſtum regium ob nefandum morbum ad minimum pene deductum. Tum rex, "Non minimum me deſiderium tenet meas terras "& [2] loca hereditatibus quo devenire michi [3] vidundi. "Scribant licet exercitus maximos, eſt ſpes in [4] deo, "quod nequaquam nocebunt exercitui neque meo. Non "ego ſinam quod inflati ſuperbia gaudeant malefactis, "& injuſte mea contra deum poſſideant. Addant & "iſtud, Propter metum juſtitiam meam quod ego linquens hinc aufugerim. Eſt animus michi, viri fortiſſimi, potius omnia pericula ingredi, quam [5] mali cujuſvis [6] voce regem veſtrum notare queant. Ibimus auſpicio dei illæſi & inviolati, noſque ſi conabuntur præpedire victores & laude maxime triumphantes." Quæ ſtatim ut eſt audita regis ſententia, movit animos omnium, nec inventus eſt qui contradiceret, ne timoris argui à fortiſſimo rege quiſquam poſſit.

Ut hæc omnibus innotuit regia ſententia, ſtatim expeditio paratur ad mediterraneum iter cum commeatus tum [7] ad arma bellica. Sed primum rex ex eo exercitu,
Fol. 5. b. qui ſibi remanſerat non valde copioſus, mortuis pluribus, pluribus ob morbum dimiſſis, duobus milibus in Harifluvio relictis, tres acies inſtruit & alas duas, ut conſueverunt Anglici. Hoc poſt & ordine iter ingreditur, quod ſimul [8] hic innotuit hoſtibus, & via qua pergebant præmiſſi cum equites tum pedites multi patriam omnem commeatibus ad equos & homines populari conabantur, ne victum conveniret [9] Anglicus. Agmen vero regium [10] lento ſatis paſſu nulla feſtinatione pergebat de villis & caſtellis ob Harifluvii cladem timore percuſſis, potu ciboque & equorum victu parciſſime licet reficiuntur.

---

1. Bellatorumque *Ben.* 2. Bona her. quæ devenere *Ben.* 3. *Sic.* 4. Deo mihi, quod *Ben.* 5. Male *Ben.* 6. Notæ *Ben.* 7. Et arma *Ben.* 8. Ac inn. *Ben.* 9. Per iter Anglicus *Ben.* 10. Levi *Ben.*

Quum

Fight at town of Ewe.

Quum tamen ad opidum de [1] Eutentis regiis militaribus ſignis Anglici proficiſcerentur, egreſſi [2] hoſtilitate armati plurimi in acies Anglicas clamore & impetu maximo devolant. Clara [3] utriuſque pugna; ſed Anglorum vires Galli diu non [4] ſubſtinere, & intra portas compulſi ſagittis miſſilibuſque ſe tutati ſunt. Jam devenerant ad vadum quod Galli vocant de Blanchetaque fluvii de Some. Quod ab hoſtibus prius acutis denſiſque palis infixum, Anglicis tranſitum minime permiſit. Quo factum eſt ut ad ortum fluminis tendentes vadum aliud [5] quæreret. Ecce dum Ambianenſis civitas à ſiniſtris & caſtellum de Corbie apparuiſſent, ad quæ præcedentibus ſignis cum ſe præſentaſſent Anglici, exoritur nova pugna. Equites & pedites multi concurrunt in Anglicos cantu terrifico impetuque maximo, ut moris eſt Gallis. Sed Anglorum vires non ſuſtinuere, intraque mœnia ſunt compulſi.

Blanchetaque a paſſage of the River of Some.

Fight at the City of Amiens and caſtle of Gorby.

Nunciatur interim regi Chriſtianiſſimo, [6] quendam vas argenteum ex eccleſia quadam ſurripuiſſe, ubi corpus Chriſti ſolitum fuerat ſervari. Tunc rex agmen manere juſſit donec patratum ſacrilegium piaretur. Reducitur vas in eccleſiam, & ſacrilego per omnem exercitum deducto poſt & in altam arborem ſuſpenſo & mortuo agmen procedere jubetur. Sic per [7] aliquos dies per gentes vadum quoddam fluminis [8] convenerunt, ejuſdem regionis hominibus (ut aſſerebant in exercitu captivi) ante illum diem non repertum, tranſitu ſatis aptum, per quod in ulteriorem ripam ut optabant devenere.

Non [9] clam Gallis morbus peſtiſque quæ Anglicos invaſerat, & numerus militum qui remanſerant cum rege in exercitu. Animadvertebant præterea tam longa peregrinatione totque dies illos itinere nulla pene corporum refectione laborantes & ſe jam in maxima multitudine congregatos, quibus à tam paucis reſiſti veroſimile non videbatur poſſe, cum majores præſertim ex omni Gallia

Fol. 6. a.

---

1. *Huic voci aſteriſcus præfigitur in Cod. noſtro Bodlejano.* 2. Hoſtiliter *Ben.* 3. Utrinque *Ben.* 4. *Lege,* ſuſtinuere. 5. Quærerent *Ben.* 6. Anglicum quendam *Ben.* 7. Aliquot *Ben.* 8. *Lege,* invenerunt. 9. Clam erat Gallis *Ben.*

principes

principes ad hoc impediendum iter conveniſſent, dux ſcilicet Aurielanenſis, dux Brabanciæ, dux Burboniæ, dux Alenconii, dux de Baro, dominus [1] de" la Bret conneſtabilis tunc Franciæ, cujus genitores tamen erant homines ligei regis Angliæ de ſuo ducatu Acquitaniæ, comes Nivernenſis, Burgundiæ Brabanciæque [2] ducum, [3] archiepiſcopus Senonenſis, & alii plures. Hii virorum in multitudine ſola ſpem ponentes, tres feciales, quos eorum lingua vocant araldos, cum mandatis de indicendo prœlio mittunt ad regem. Qui cum ad exercitum devenerunt, deducti ad Eboraci ducem, per ipſum regi præſentantur. Tum ad genua provoluti, dicendi prius ſibi poteſtate facta, in hæc verba legationem exponunt. "Magna eſt militaris virtus, princeps illuſtriſſime, quæ "de tua ſerenitate apud dominos noſtros refertur. Audiunt & quonam pacto tuis viribus terras, oppida, caſtellaque regni Franciæ conaris expugnare, & villarum "& Gallorum tuas depopulationes. Quas ob res iſtius "regni cum patria juſque jurandum ſe cogat jura tueri, "per nos te certiorem reddunt, quod antequam Caliſiam devenias obvii [4] tibi fuerint tecum pugnaturi [5] ac "tuas injurias ulturi."

Tunc Anglicus rex animo forti, conſtanti vultu, ira nulla, nullo faciei colore variato, modeſto ſermone in hæc verba prorupit, "Quæ deo grata ſunt omnia fiant."

Et à fecialibus rogatus qua ipſa via graderetur reſpondit, "Recta Caliſiam. Quod iter adverſarii noſtri [6] vi "conentur impedire, non ſine [7] malo ſuo & maximis periculis facient. Nos vero nec eos quæremus, nec illorum metu tardius velociuſve movebimur. Hortamur "eos tamen, ne noſtrum impediant iter, nec tantam "Chriſtiani ſanguinis effuſionem quærant."

[8] Hoc reſponſo contenti, & aureis coronis centum monetæ Gallicæ donati, à regeque dimiſſi, [9] læti" revertuntur ad ſuos.

---

1. *Deeſt Ben.* 2. *Lege,* duces. 3. Frater arch. *Ben.* 4. *Ita & Ben. Sed ubi ſupra lin. in Apogr. Bodl.* 5. Ac illatas tuas *Ben.* 6. L. ſi. 7. Magno malo *Ben.* 8. *Aſteriſcus huic voci præfigitur in Apogr. Bodl. uti etiam alius in margine, in qua &* feciales *legitur.* 9. *Deeſt Ben.*

Admo-

Admonitus poſtea rex flumen aliud ſibi exercituique ſuo per pontem tranſeundum, qui ſi rumperetur ab hoſtibus non ſine gravi dampno & difficultate fluvium pertranſirent, nobiles quoſdam equites cum aſſignatis ſibi militibus ad pontis cuſtodiam præmittit. Qui Gallos hoſtes pontem conantes infringere plurimos audaci & impetu valido invadunt, & illæſum poſt multam pugnam & multos è Gallis captos & vulneratos pontem tutantur. Erat hæc dies XI. Kal. Novembris, qua commemoratio Fol. 6. b.
beati Romani Confeſſoris ab eccleſia fieri ſolet. Et ubi per pontem in aliam fluminis ripam exercitus Anglicus pervenit, dux Eboraci aciei primæ præfectus à rege, in montis cujuſdam cacumen aſcendit, exploratoribus per vicina loca præmiſſis ex hoſtibus qui certos rumores reportarent. E quibus unus trepido vultu & [1] anelito anxio nunciat duci, maximam innumerabilemque appropinquare multitudinem. Quod ut ex aliis redeuntibus identidem innotuit duci, rem omnem ad regem patefecit. Qui nullo pavore, ira nulla [2] aciem mediam cui ipſe præerat ſiſtit, & ſubdens calcaria equo ad videndos hoſtes propinquos accelerat. Quorum innumerum exercitum comperiens & videns, in ſuos revertitur conſtanti animo, nullo pavore motus ut ille qui in deo ſolo ſolaque juſtitia ſpem reponebat omnem. Poſt, exercitum [3] ſuum" inſtruit & ordinat, cuique ductori locum ordinemque pugnandi diſtribuens, & ordinatos ſuos atque præparatos ad veſperum in campo tenuit. Et cum jam per noctem luminis quicquam non haberetur, ſtatuit ſuos ſic [4] depoſitos hoſpitium nocturnum quærere & requiem curationemque corporum ea nocte quæ tam acerbum prœlium erat præceſſura. Nec erat eis in incognita regione locus ullus propinquus, niſi divinitus alba quædam via illis [5] oſtentata fuiſſet, per quam in [6] villam quandam devenere, ubi cibo potuque meliuſcule quam aliis diebus ſunt refecti. Quædam & ipſi regi caſula in hoſpitio nocturno ſorte devenit. Ab exercitus autem ordinatione ad hanc [7] villam regio mandato nullus auditus eſt Anglicorum

1. *L.* anhelitu. 2. Ductus aciem *Ben.* 3. *Deeſt Ben.* 4. *L.* diſpoſitos. 5. *L.* oſtenſa. *& ſic etiam Ben.* 6. Villulam *Ben.* 7. Villulam *Ben.*

clamor

clamor ut ſolebat, ſed tacite quiſque proceſſit, & in villa poſtea vigilum ignes & excubatorii ſunt accenſi. Quod & Gallici fecerant, qui ducentos & quinquaginta paſſus vix diſtabant ab Anglicis. Ad VIII. Kal. Novembris precibus, ſupplicationibus, & matutinis, & miſſis à ſacerdotibus regiis rite peractis & decantatis omni devotione debita Chriſtianiſſimus in aurora rex exercitum per
[1] acies deducit. Equos autem & omnia impedimenta in ea qua fuerant hoſpitati villula paucis relictis cuſtodibus manere jubet, & ſecum præter militum corpora & arma nichil ducit. Diſpoſitio exercitus hæc fuit. Non longe diſtabat acies una de reliquis. Acies media, cui ipſe rex
Fol. 7. a. præerat, & in ea pugnaturus, in medio locata campo itidem hoſtium aciei mediæ contra ponitur. A dextris ejus acies prima, ſic & ala dextra. A ſiniſtris acies poſtrema cum ala ſiniſtra, quæ pene tres acies jungebantur. Ecce divino auſpicio, deo, juſtitiaque [2] freto regi facilem locum munitumque campum à tergo villa nocturno regis hoſpicio duobuſque lateribus undique [3] vepribus & ſepibus fortuna paravit," qui regium exercitum ab inſidiis hoſtium & incurſu [4] curarentur. Rex indutus lucidam, tutam, & decoram armaturam, cum lucenti galea, ſuperpoſita aurea corona variis & precioſis gemmis circumamictus utriuſque inſignia regni Angliæ & Franciæ candido inſidebat equo. Poſt ipſum ducebantur equi nobiliſſimi aureis faleris, ditiſſimis loris, precioſiſſimiſque tapetis, ut regii moris eſt, cum utriuſque regni Angliæ Franciæque ſimiliter inſignibus. Sic aptus & diſpoſitus ad prœlium invictiſſimus rex ſuos hortabatur ad id quod inſtabat certamen. Fertur & audiviſſe quendam hoc aliis votum ſuum aperientem. "Utinam tantum no-"bis [5] deus impartiret [6] clementiæ, quod divinitus quiſ-"quis in Anglia bonus eſt miles hac in pugna nobiſcum "adeſſet." Tunc ipſe rex fortiſſimus: "Verum nollem "huic exercitui meo ſolum virum addi. Sumus in præ-"ſentia quoad hoſtes pauciſſimi. Si deus de ſua clemen-

---

1. *Sic, cum* per *ſupra lin. At in Ben.* in acies *legitur.* 2. Freti *ſupra lin. in apogr. Bodl.* 3. *Deſunt Ben.* 4. Tutaretur *Ben. Lege,* tutarentur. 5. Dei *Ben.* 6. Clementia *Ben.*

" tia

" tia exercitui meæque juſtitiæ (quod ſperamus) faveat, " nemo eſt noſtrûm qui victoriam tantam de tot hoſtibus " viribus noſtris aſcribat, ſed ex divino ſolum ſuffragio " huic meritæ gratiæ divinitati per[1] vos agentur. Si (quod " abſit) propter peccata noſtra in manus hoſtium & " gladii traderemur, minus multo [2] detrimento regno fo- " ret & patriæ noſtræ. Sin autem noſtrorum magna mul- " titudine pugnaremus, & [3] huic potiremur [4] victoriæ, " proni ſunt animi noſtri ad ſuperbiam, & [5] id" non dono " dei fortaſſis æque ac noſtris viribus aſcriberemus, in of- " fenſam forſan & indignationem divinam. Si victoria " tunc penes hoſtes eſſet, diſcrimen & detrimentum plus " multo foret & patriæ & regno noſtro. Sed eſtote fortes " animo, & totis viribus pugnate; nos Deus & noſtra " juſtitia tutabitur, & hos ſuperbiſſimos adverſarios cum " omni, quam videtis, multitudine vel partem ſaltem ma- " jorem in manus tradet & noſtram poteſtatem."

Galli vero in eorum multitudine, potentiſſimis equis, ſplendidis & decoris armis adeo ſpem reponebant, ut nonnulli de principibus majoribus, relictis eorum militibus, tironibus & famulis, nonnulli [6] vexillis & militaribus ſignis acceleratione maxima victoriæ quaſi certi venirent ad prœlium. Inter quos Brabanciæ dux cum ejus ſigna nondum eſſent delata de quadam tuba ſigna ſua cepit militaria, erectaque ſuper haſtam longam pro vexillo juſſit haberi ſuis aciebus directis. Hi diligentiſſime cum qua poterant diſciplina militari numero ſic Anglicos ſuperabant, ut ex bellatoribus Gallis in acie pluſquam triginta unus poſt alium inmediate ſequerentur. Neque campus ubi pugnandum erat tam latus hanc numeroſam militum multitudinem capere poterat. Ex Anglicis quatuor ad ſummum alium alius vix ſequebantur [7] locati, & in exercitu Gallico in utroque cornu equites haſtati mille qui pugnantium Anglicos ordines incurſu ſubito deturbarent. Habebant & baliſtas quamplurimas, grandes, parvos, & mediocres lapides in Anglicos pugnantes cre-

Fol. 7. b.

1. Nos *Ben.* 2. Detrimenti *Ben.* 3. Hinc *Ben.* L. hac. 4. *L.* victoria. 5. *Deeſt Ben.* 6. *Ita & Ben. Sed legend. forſan*, ſine vexillis, *vel certe* relictis *præcedens hîc eſt ſubintelligendum.* 7. *Ita & Ben. Legend. forte*, loricati.

bro jacturas. Diſtabant & hoſtiles iſti duo exercitus ab invicem tribus vix ſagittæ jactibus. Et cum diu ſic [1] utriuſque ſtetiſſent, niſi quod nonnulli Gallorum equites inter ſe duos exercitus inferentes, à ſagittariis regio mandato veloci curſu [2] redire cogebantur. Convocato prudentum conſilio quid agendum videretur, eo quod brevis pars magna diei jam proceſſiſſet, in hanc ſententiam pedibus itur ab Anglicis, diſcrimina plurima ſibi moram illaturam in hoſtili terra ubi pacati nichil habebant, & eſſent in [3] commeatum inopia ſumma, futuri vel quoque majori, pluri ſi tempore illic morarentur. Gallicis vero in propria patria, quibus præter Anglicum exercitum hoſtile nichil erat, è mora vires [4] & milites accedebant. Cumque rex inclitus hoſtem ad ſe venientem non videret, Gallicique tres proceres ad regem veniſſent, prius ab ipſo ſecuri reditus data fide, inter quos erat dominus de Helly, qui captus olim à ſtipendiariis Anglicis, ex Anglia poſtea fugerat. Hic in hunc modum regi verba facit.

" [5] Sæpius michi relatum [6] & noſtris inter veſtros vul-
" gari, me turpiter & aliter quam equeſtris ordinis mi-
" litem deceat aufugiſſe. Quod omnibus ego tibi quo-
" que tuiſque nego ; ſique vir quiſpiam michi nunc au-
" deat illud [7] exprobare, ſe paret ad duellum. Ego qui-
" dem illi tua coram majeſtate veritatem armis probabo
" probri contra me non illum protuliſſe."

Fol. 8. a. Tunc rex : " Non duellum eſt hîc nunc ob hanc rem
" committendum. Tempus aliud requirit. Proin regre-
" dere, tuoſque verbis noſtris priuſquam nox interveniat
" ad prœlium evoca. Nos enim in Deo ſperamus, quod
" ſicut tu militaris & equeſtris ordinis & honoris inme-
" mor è nobis aufugiſti, ſic & hodie vel captus iterum
" ad nos venies, vel ferro vita migrabis."

At ille : " [8] Strenuiſſime rex, Pro te in eos ego nichil
" admonebo, nec illi tua juſſa faciant. Sedemus omnes
" & tu cum exercitu quoque tuo in terris ſupremi Gallo-

1. Utrinque *Ben.* 2. Ad ſuos red. *Ben.* 3. *L.* commeatuum. 4. Semper & mil. *Ben.* 5. Princeps inclyte, ſæpius *Ben.* 6. Eſt & *Ben.* 7. *Lege,* exprobrare. 8. Sereniſſime *Ben.*

" rum

"rum principis regis Karoli, cujus edictum non tuum "trepidamus. Quando nobis non cum tibi pugnandi "tempus ydoneum videbitur ad te veniemus."

Rex vero : "Pergite hinc, viri, in caſtra veſtra. Cre- "dere quippe non poſſumus, vos celeritate tanta pro- "fecturos quanta nos in veſtros irrumpemus."

Mox ad ſuos: "Signa præcedant." Et tunc ipſe cum ſuis aciebus ordine quo ſteterant ſuos omnes hortatus ad prœlium hoſtem invadere ſtatuit ; ſervato tamen Anglicorum & præfati regis ordine ſolito, quod acies prima præcederet, tum ſecunda, tercia vero ſtatim ſubſequeretur. Et ſacerdotibus capellaniſque regiis in orationibus ſupplicationibuſque divinis manere juſſis, & fecialibus armis depoſitis ad eorum officium attentiſſimis, tum Anglicus omnis exercitus ad genua procidentes, à ſingulis in [1] hore capta terræ particula, [2] omnibus" poſt terga relictis honeribus, cum ſolis armis & [3] acuti ſinguli palo maximo clamore & impetu [4] ab hoſtes tranſvolant. Et cum ad viginti paſſus ad oppidum Agincourt ad Gallos hoſtes deveniſſent, [5] cum tubicinum clangor maximus ad prœlium omnium animos excitat, occurrunt hoſtes, initur prœlium. Erat Anglicis acies quantum campus ille patiebatur lata, [6] Gallis vero duobus factis acutis cuneis tanquam duobus cornibus, ſe verſus [7] ſe" ſemper in latius extendentibus in hoſtes in medium accipiendos irruunt. Turbatus fuiſſet & à Gallis equitibus Anglicorum ordo, niſi ſagittis & arcubus pars maxima tum mortui tum vulnerati, reliqui perterriti in ſuos redire compulſi. Fixerat Anglicus unuſquiſq; terræ pro ſe palum acutum [8] utriuſque pro ſcuto, ut inſultans hoſtilis equus vel metu retrocederet vel ipſo infixus vulneratus caderet, vel ab Anglico cum equite conficeretur. Simul accenditur prœlium, inſtat & viro vir, nec pes pedi cedit, ſed ad tres horas quo concurritur loco quiſquis aut cædit aut cæditur. Nemo prædam ſed victoriam ſpectat. Capitur nullus. Cæduntur multi. Anglicus vero poſtquam jam in medium acceptus eſt, ad cædem acrius accenditur, ut cui nulla præter-

Battaile at Agincourt.

Fol. 8. b.

1. Ore *Ben.* 2. *Deeſt Ben.* 3. *An*, acuto? 4. *Lege*, ad. 5. Tum *Ben.* 6. Galli *Ben.* 7. *Deeſt Ben.* 8. Utrinque *Ben.*

quam in victoria ſalutis ſpes reliqua videbatur. Cædunt immaniter propinquos, quos & alii ſubſequuntur. Brevique nullus è Gallis ad pugnam ſed ad cædem [1] fatis & ſua ſuperbia ſinguli ducuntur [2] &" innumeri. Vero cum [3] Galli jam leto dediti forent, & ipſa victoria certa videretur Anglicis, ecce cædi parcitur, Galli capiuntur. Principes Domini [4] Nobiles quamplurimi, nec inclitus unquam rex prœlio laboribuſve pepercit, nec pericula vitæque diſcrimina devitans ſuis defuit, ſed ut [5] invictus leo tunc animo pugnans ardentiſſimo in hoſtes, in ipſa galea & armorum reliquo plures ictus accepit. Ecce dum impetu valido regis frater sereniſſimus Humfredus Glouceſtriæ dux incautius forte pugnaret, in illiis mucrone transfixus, ſemianimis ad terram proſternitur: ipſe vero rex frater Humfredi cruribus intra ſuos pedes repoſitis. Ceciderat namque dux inclitus ad ſuos obverſo capite, ſed pedibus ad hoſtes, ubi rex diu fortiſſime pugnans frater fratrem ab hoſtibus tutatus inter ſuos reportari fecit.

Obtenta tandem victoria fuſo, cæſo, proſtratoque Gallorum exercitu, ſtatim & [6] illic hoſtium non minor exercitus ſe parat ad pugnam, putantes jam feſſos Anglicos tam dira & longa [7] pœna, quem ut viderunt Anglici, qui plures multo captivos habebant quam ipſimet numero forent, timentes hac in nova pugna ne ſibi ſimul cum captivis & hoſtibus decertandum eſſet, plurimos quanquam dites & nobiles morti dedere. Rex præterea pru-

Fol. 9. a. dentiſſimus feciales ad [8] Gallos novum exercitum mittit, ut ſtatim aut ad pugnam veniant aut retrocedant, ſcientes quod ſi differant vel ad prœlium veniant, mox omnes de ſuis capti ſimul & quotcumque capientur ex ipſis nulla miſericordia gladiis [9] omnes" cædentur. Quæ quidem ſententia regia ut ſtatim innotuit illis, cum vires Anglicas tum ſibi & ſuis [10] timentes, mœſti pudore maximo redierunt. Rex tunc tanta victoria potitus maximas Deo gratias agit. Et [11] cum eo die beatorum Criſpini &

1. Solum fatis *Ben.* 2. *Deeſt Ben.* 3. Et Galli *Ben.* 4. Nobileſque plur. *Ben.* 5. Jubatus *Ben.* 6. Alius hoſt. *Ben.* 7. Pugna *Ben.* 8. *F.* Gallorum. 9. *Deeſt Ben.* 10. Captivis tim. *Ben.* 11. Quoniam *pro* cum *in Ben.*

Criſpiani

Crispiani commemoratio fiebat ab ecclesia, quorum suffragiis à Deo victoriam tantam de [1] hostibus obtinuisse sibi videbatur, statuit ut quoad viveret singulis diebus in missa quam audiret eorundem beatorum commemoratio fieret.

Hoc in prœlio de Gallis cæsi sunt serenissimi duces Alenconii, [2] de Baro & Brabanciæ, & ipse Dominus de Helli quem dixi ad regem se de fuga sua purgantem venisse, & alii plures ad decem milia. Capti dux [3] Aurielanensis, dux Burboniæ, Arturus Britaniæ ducis frater, & alii plurimi. Anglicorum vero, dux Eboraci, comes Suffolciæ, & alii ad centum in prima pugna sunt interfecti.

Et cum jam advesperasceret, ex omnium consilio prudentum victoriosissimus [4] cum suo exercitu in eandem villam, in qua priori nocte fuerat hospitatus, se recepit, ubi relicta sui exercitus impedimenta, & equos plurimos, & alias res dum pugnaret à prædonibus Gallis asportatas comperit, & in ipsa cœna principes capti nobilissimi regi ministrarunt.

Postera die per ipsius campi medium ubi pugnatum erat iter habens, mirabile dictu cæsorum corpora spoliata nudaque [5] omnia," conveniens ad Guynes suum castellum. Inde ad oppidum Calisiam strenuissimus rex cum suo exercitu, captivis, & omnibus profectus, cum observatione debita ingenti lætitia recipitur à suis hîc, ubi milites aliquantisper cibo, potu, sompno, & requie refecti sunt. Rex suos consulit, an tantam victoriam prosequi debeat, & oppida castellaque finitima obsidione premat, an cum exercitus hîc plurimum laboraret cum illo morbo, laxatione scilicet ventris, [6] cum hoc itinere inopia comeatuum, & nonnulli vulneribus gravati sint, ipsum exercitum in patriam reducat, ubi per aliquot menses melius curari valeat. Sententia omnibus [7] habetur, ex duabus tantis continuatis victoriis portendi satis quid deo cordi sedeat de jure regio, & quod tempora non sunt defutura neque divinum auspicium ad honorem regis Fol. 9. b.

1. Tot host. *Ben.* 2. Et de *Ben.* 3. Aurelianensis *Ben.* 4. Rex cum *Ben.* 5. *Deest Ben.* 6. Tum *Ben.* 7. Hæc hab. *Ben.*

conse-

conſequendum & jura ſua. Quas ob res ad unum omnes conſulunt in patriam [1] meandum. Paratur exercitui claſſis, mandatoque regio captivi milites & domini, parſque non minima de magnatibus Gallis in regia navi, quæ regem vectura parabatur, imponuntur, & quanquam ſecundo vento navigarent, fretum illud tamen [2] ingentibus" [3] fluctibus ſemper habundat. Unde ſic vexati ſunt captivi Galli, [4] quod illis dies non acerba minus videbatur quam cum capti cum tanta ſuorum ſtrage. Nec mirari ſatis poterant unde vires tantæ regi forent, quod ob iſtos fluctus valetudine nulla laboraret.

Et cum Dovariam in Angliam ad primum portum [5] appulſiſſet, innumerus populus, viri religioſi, ſacerdotes nobiles & ignobiles per patentes vias occurrunt ſuo regi. Tantus & erat amor expectatioque regis, ut in ipſum pelagus quam plurimi pedibus ad regiam navim proficiſcerentur, illum in ulnis & brachiis [6] ad terram deportaturi. Manſit hîc aliquot dies. Inde Londonias ad urbem ejus proficiſcitur. Abs cujus civibus feſta [7] ſolenpni quod per eorum divitias melius faciliuſque valebant apparatu ſummo celebrantur. It obviam regi Major urbis cum ſenatoribus ſuis quos Aldermanni vocant, & omni populo. In portis & plateis omnibus precioſiſſimi panni, quibus majorum & prædeceſſorum regum Angliæ geſta erant intertexta, victoriæque & triumphi reponuntur, ut victorioſiſſimus rex aperte videret, quid ex iſto ſuo tanto triumpho viri ſui memoriæ poſterorum erant mandaturi. Aquæ-ductus per omnem urbem non aquam ſed vinum ſuaviſſimum emittebant. Erant & ad id per publicas plateas turres editæ pannis rebuſque precioſiſſimis ornatæ, quarum in ſummo [8] Anglico veſtitu inſidebant pueri ſuavi voce dulcique ſono laudes & carmina decantantes. Rex vero [9] hoc aſcribi ſibi non [10] perpatitur, ſed Deo laudem omnem refert [11] & gloriam. Nec galeam ſuam, ubi in pugna ſua corona pluribus ictibus erat refracta, nec ar-

1. Meandum, ad animos ſuorum gaudio complendos, & melius exercitum recreandum. Paratur *Ben.* 2. *Deeſt Ben.* 3. Fluctibus & undis ſemper *Ben.* 4. Quod hæc illis *Ben.* 5. *Sic.* 6. Suis ad *Ben.* 7. Solennius *Ben. Forte,* ſolennia. 8. Angelico *Ben.* 9. Hæc *Ben.* 10. Perpetitur *Ben.* 11. Simul & gloriam *Ben.*

maturam populis oſtentari voluit, omnes iſtas populares laudes devitans. [1] E Londoniis nonnullos dies, poſt & aliquot loca regni ſui Angliæ viſitans, ab omnibus ingenti gaudio recipitur.

Interim invictiſſimus Romanorum rex Sigiſmundus ſemper Auguſtus, ut qui audiverat faſtigia majeſtatemque duorum regnorum, quæ nuper in bella diſcriminaque tanta conciderant, præmiſſis ad utrumque regnum ſuæ voluntatis nunciis in Galliam [2] proficiſcitur, ubi cum omni qua debebant obſervatione recipitur. Apud quos ſuper ineunda cum Anglicis pace retulit, ſic & eorum animos movit, ut ſecum oratores ad id lecti mitterentur, inter quos archiepiſcopus Remenſis legationis princeps erat. In Angliam inde recta venit. Quod ut innotuit Henrico regi, Caliſiam ultra fretum, ubi prius navem erat aſcenſurus, providos Principes & dominos obviam mittit, qui tantum Principem digno, velut decebat, in oppidum hoſpitio reciperent. Hi quicquid animo non regi [3] modico ſed inter ſuos minimo gratum credere poterant fieri omnia curarunt. Erat enim hic Princeps cum nobiliſſimo comitatu, illuſtriſſimis ſcilicet [4] duce de Bry, duce . . . . . . mangno comite Hungariæ, & aliis quamplurimis clariſſimis Principibus, [5] Dominis, & Viris, cum equitatu ad equos mille. Parantur regio mandato naves roſtratæ magnæ trecentæ ad hujus invictiſſimi Principis majeſtatem & comitatum in Angliam devehendum. Qui tranquillo mari ventiſque ſecundis Dovariam in Angliam delati, à regiæ ſtirpis [6] Anglicis Principibus & aliis regni primoribus ſuſcipiuntur. Inde cum Londonias proficiſceretur, proceres, equites, & alii Domini ſingulas in horas huic occurrunt Romanorum regi. Poſt cives Londonienſes apparatu nobiliſſimo, Major urbis, & Senatores ſui. Mox quum jam ſuburbiis appropinquaret, ecce victorioſiſſimus rex Henricus ornatu regio cum ſereniſſimis ſuis fratribus ducibus Clarenciæ, Bedfordiæ, & Glouceſtriæ, & alii ſui generis regii Prin- Fol. 10. a.

---

1. Manſit & Londoniis *Ben.* 2. *Deeſt Ben.* 3. Modo dico, ſed & inter *Ben.* 4. **The Duke of Brye, the Duke of Millane, the greate Earl of Hungarie,** &c. *libri Anglici.* 5. Et Dominis *Ben.* 6. Angliæ *Ben.*

cipes

cipes fiunt obviam regi Sigiſmundo. Tunc divini mores & geſtus digniſſimis ſalutationibus [1] utriuſque fuere. Deveniunt in urbem, in qua tantus populi concurſus ad videndum incognitum regem, quod niſi labore maximo per ampliſſimas plateas ob tantam virorum frequentiam non patuit iter hiis invictiſſimis regibus reliquiſque ſereniſſimis Principibus ſuam majeſtatem qui ſequebantur. Tandem [2] ad" Weſtmonaſterium in regiam deveniunt, ubi ſi quid magnifici & apparatus regii poteſt excogitari, advenæ regi omnia parata fuere. Sigiſmundus poſtea
Fol. 10. b. pacis inchoatum opus aggreditur. Itur in Conſilium, in quo rex Henricus, ut diſcrimina belli tot tantaque dampna vitarentur, Gallis offert legatis, ſi ſibi dedant quæcunque proavi ſui Edwardi tertii fuere tempore magnæ pacis ictæ tunc inter iſta duo regna, cum [3] hiis quæ nuper ipſe tanto diſcrimine fuerat adeptus, ſe bellum relicturum. Sed omne propoſitum renuunt Galli, dicentes, "Quanquam fauſte ſic omnia proceſſerint ad "nutum hujus invictiſſimi modo regis Henrici, ſe in fu"turum ſubiciendum caſibus & fortunæ brevis horæ diſ"crimen, ubi tot temporibus laboribuſque parta [4] la"bant." Et obſtinato animo infectaque pace in Galliam revertuntur ad ſuos.

Sigiſmundus Romanorum & Henricus Angliæ & Franciæ reges temporibus iſtis maxima familiaritate, ſumma mutuqaue benevolentia inter ſe complexi ſunt, ita ut in fraternitatem militum Garterii rex Auguſtiſſimus Sigiſmundus aſcribi peteret & aſcriberetur.

Dum hæc aguntur in Anglia, impatientes iræ Galli, dedecoriſque nuper accepti ulciſcendi cauſa cum maxima manu ad obſidendum Harifluvium proficiſcuntur. [5] Huic exercitui" præerat [6] comes . . . . nuper Franciæ dictus Conneſtabilis, qui per terram primum ex omnibus partibus aditum oppido claudit. Nec iſto contenti, de Genuenſibus Itala civitate roſtratas maximas naves, quas iſtæ Karak nationes vocant, ſtipendiarias conducunt ad [7] hora claudenda Sequanæ fluvii

1. Utrinque *Ben.* 2. *Deeſt Ben.* 3. Iis *Ben.* 4. Labantur *Ben.* 5. *Deſunt Ben.* 6. Comes Armeniaci, nuper Franciæ *Ben.* 7. Ora *Ben.*

quæ

quæ ſunt Harifluvii portus; & brevi ſic omnem aditum undique clauſerunt oppido, quod Anglicis ſpes nulla comeatus alicunde recipiendi relinqueretur. Tunc comes Dorceſtriæ, hujus loci præfectus, omnem obſidionem, ſui ſuorumque diſcrimen omne regi nunciat, & ſummam cibi potuſque inopiam. Quod poſtquam innotuit regi, ſtatim valida parata claſſe cum militibus navalibus & terreſtribus non paucis ad ſolvendam hanc obſidionem fuiſſet profectus, niſi prudentiſſimus rex Sigiſmundus multis & multis perſuaſionibus id ſibi diſſuaſiſſet; inter quas uſurpabat crebro, Regem, in quo totius rei publicæ ſumma reponitur, non debere ſe ſic omnibus abjectare periculis, ſed [1] iſtam quam cupiebat obſidionis ſolutionem per quempiam de ſuis Principibus mandato regio æque bene fieri poſſe confirmabat. Tunc obſequi volens amici regis ſententiæ Princeps prudentiſſimus, Johannem Bedfordiæ ducem huic claſſi præfectum ad maritimam obſidionem ſolvendam mittit. Hic cum in altum & claſſis ſua deveniſſent, ecce ventus adverſus ſibi negat optatum portum. Sed quamvis tempeſtas maris non mediocris eſſet, cum navibus modo huc modo illuc pergit, ut mutato vento citius concupitam terram tenere poſſit, & modo Beauchieſe verſus, modo verſum Caumbre multis laboribus navigabat. Tandem pridie feriarum pro aſſumptione beatæ Mariæ cum jam hæc ceſſaſſet tempeſtas, vento ſecundo in ipſo noctis crepuſculo ad Sequanæ fauces applicuere; ubi luminibus accenſis in prætoria navi ad Anglicas ceteras ad eundem locum colligendas ea illic nocte manere decernit. Subſequitur tota claſſis. Nunciatur & duci quaſdam parvas ex hoſtili non longe multum ab ipſis diſtare. Quo fit ut Princeps convocatis omnium navium præfectis mandaret, quod in ipſa aurora cum primum prætoriæ navis velum extenderetur, omnes in hoſtes Principem ſubſequantur. Ecce & in ipſo primo diluculo claſſis à claſſe conſpiciuntur ambæ; dumque remotis anchoris ad hoſtes Anglici proficiſcuntur, pari audacia in Anglicos hoſtes inſurgunt, naves navibus alligantur. Hoſtium enim Anglicas altitudine

Harflew beſeiged by Sea by the French.

Fol. 11. 2.

1. Et iſtam *Ben.*

tudine ſic ſuperant, ut in ſummis Genuenſium ratibus qui certabant haſta longiſſima vix ad imum Anglicorum altiora loca contingerent. Pugnatur [1] utriuſque dira cæde. Sed ad ultimum animoſa virtus Anglorum, mortiſque [2] patria minimus aut nullus metus Genuenſes altas naves non ſine multo cruore ſcandit, ubi durius renovatur prœlium. Tandem & capiuntur quatuor de majoribus Genuenſibus & Gallicis non paucis deditis victoribus Anglicis nonnullis & fortiter cæſis in mareque dejectis. Quas ut hoſtium reliqui captas vidêre, felix ille fuit qui funibus ruptis ex hoſtibus primus aufugere potuit; ex omnibus & major quædam roſtrata navis victores hoſtes evaſerat, ſed in ipſius lateribus in prœlio non mediocriter læſa quod quinque fuerat horas acerbum & crudele maris iras non evaſit. Dux autem, velut ei fuerat à rege mandatum, commeatus omnis cibos & potus in Harifluvium devexit. Quamvis & triremes nonnullæ, quas Ytali galeas dicunt, in ipſo Sequanæ fluvio cuperent Anglicis ad oppidum aditum impedire, dux ipſe quibuſdam adductis celocibus, quas nominant Anglici **barges**, & validis Anglorum viribus triremes abire [3] compellunt, & ad oppidum felici ſucceſſu accedunt, ubi gaudio ingenti recipiuntur à Dorceſtriæ comite ducis avunculo reliquiſque colonis Harifluvii.

Poſtera die cum jam omnia regia ſententia perfeciſſet, dux navim aſcendit, & cum captis roſtratis & captivis navalibus militibus in Angliam optatiſſimo vento tranquilliſſimoque mari proficiſcitur. Rex autem ut fratrem cum tanta victoria vidit redeuntem, cognito prius quo fuerat ordine pugnatum, & quid in omnibus geſtum erat, gratias agens immortali Deo, quoniam ea fuerat obtenta victoria feriis aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, mandavit ut ſingulis diebus vitæ ſuæ in ſacrario ſuo Antiphona cum verſiculo & Collecta in commemoratione [4] præfatæ Virginis ſemel à capellanis & ſacerdotibus ſuis decantaretur.

Fol. 11. b. Ut plane perſpexit Romanorum rex Sigiſmundus,

1. Utrinque *Ben.* 2. Propriæ min. *Ben.* 3. Compellit *Ben.* 4. Beatæ *Ben.*

Gallos

Gallos nec per divinam in [1] ipſis juſtitiam de tot eorum conflictibus, & per adventum ipſius regis ad pacem non inclinari, quos in ſuum imperium & ſemper alias & nunc pari ſuperbia noverat elatos, ut ipſi cognoſcerent aliquando Deo nec hominibus [2] ſuperbiam & elationes non placere, conſiderato quoque Anglicorum juſtiſſimo titulo, ſtatuit ſocietatem inire cum Henrico rege fœderaque utrique regi gratiſſima, cum ad [3] confundendam Gallorum ſuperbiam, [4] ad deſiderandam, [5] tum ad removendum eccleſiæ ſchiſma quod tunc trium paſtorum erat. Quorum [6] hæc ſententia :

"Sigiſmundus Dei gratia Romanorum, & Henricus "Angliæ & Franciæ [7] reges cum heredibus & ſucceſſoribus utriuſque imperii amodo pro imperio utriuſque terris & ſubditis contra quoſcumque reges, principes, proceres, dominos, & populos omnes, qui alterius Imperii duorum regum forent inimici, ſemper ſocii confœderatique ſunto.

"Neuter eorum in conſilio, quo perdat aliquid [8] virium [9] alterius imperii, vitam, membrum, vel ſanguinem, eſto.

"Si dampnum alter alterius, mortem, vel præjudicium "quodvis ſupradictorum per alium quempiam temptari "ſciverit & quæri, totis viribus illud impedito : vel ſi "nequiverit, id ipſi, contra quem quid machinabitur "tale, quam citius notificato ſine dolo malo.

"Regnorum, imperii, terrarum honores & [10] commodi ſubditorum alter, alterius rex cum uſus venerit "procurato.

"Neuter horum regum in alterum alteriuſve terras "& ſubditos arma inferto, nec à ſubditis ſuis inferri ſinito. Quos ſi præpedire nequiverit quin inferant arma, "ſocio regi ſubito denunciato. [11] Tunc & ambo ſimul

---

1. Ipſos *Ben.* 2. Hujuſmodi ſup. *Ben.* 3. Contundendam *Ben.* 4. Et ad *Ben.* 5. Pacem, tum *Ben.* 6. Hæc eſt ſententia *Ben.* 7. *Lege*, rex. 8. *Ita etiam Ben. Sed* jurium *conjecerat ſcriba, licet Codicum MSS. lectionem firment etiam libri Anglici.* 9. Alter juris *Ben.* 10. *Ita etiam Ben. Sed lege*, commoda. 11. **And then both the kings together ſhall riſe in Armes, and ſubdewe thoſe obſtinate Rebells** *libri Anglici.*

"reges imperiaque moventes illos arma[1] &" contumaces "totis viribus expugnanto.

"Regnorum utriuſque viri negotiatores, & alii cu-"juſvis artificii vitæ vel artis ſecure tuteque tam in ſui "quam amici regis imperio, ſolutis vectigalibus ſerva-"tiſque moribus loci ubi fuerint, negotiari, morari[2] vel" "[3] redire vivereque poſſunto.

"Neuter alterius proditores vel transfugas in ſuo regno "ſciens habitare ſinito.

"Nec amodo regum ipſorum alter contra quempiam
Fol. 12. 2. "alium qui modo non ſit hoſtis niſi pro defenſione tute-"laque imperii ſui, vel ad injurias propulſandas, ſine "alterius conſenſu conſilioque bellum inferto.

"Contra quoſcumque Gallos pro conquirendo Fran-"ciæ regno bellum inferre regem Henricum liceto. Tan-"tundem & Sigiſmundo pro juribus imperii per Gallos "injuſte detentis arma cum placuerit movere liceto.

"Quæ fœdera non minus apud heredes & ſucceſſores "utriuſque Sigiſmundi & Henrici regum inviolabilia "firmaque[4] ſinto." Et hæc anno regis Henrici quarto, VII. vero Idus Octobris.

Hiis temporibus dux[5] Landiæ (cujus quoniam maxime de pace intererat, eo quod illius filia delphino tunc nupta foret,) in Angliam ad videndum majeſtatem duorum regum maximamque magnificentiam, quam crebrius audiebat prædicari, & ut ipſe partes ſuas in ſedando bello bellique cauſa, quod (ut præfertur) inter iſta duo regna nuper ortum erat, adveniens honeſte recipitur ab Henrico rege & ſuis.

Interim Sigiſmundus Henricuſque reges legatos comitem quendam Romanorum regis, & Anglici comitem [6]de" Warwyk, cum [7] plurimo" ſapientum [8]honeſtorumque virorum comitatu, ad oppidum [9] inſulis, quod Galli Lille nominant, ad Johannem Burgundiæ ducem [10] miſerunt. Quibus honeſtiſſime receptis, quamvis omnes hii Principes lugubres veſtes, propter recentem obitum ducis

---

1. *Deeſt Ben.* 2. *Deeſt Ben.* 3. Ire, redire, vivere poſſunto *Ben.* 4. Sunto *Ben.* 5. Holandiæ *Ben.* 6. *Deeſt Ben.* 7. *Deeſt Ben.* 8. Honeſtiſſimorum ſapientumque virorum *Ben.* 9. *Forte*, de inſulis. 10. Miſerant *Ben.*

Bituri-

Bituricensis, qui fuerat ipsius [1] Burgundiæ patruus, vestirent, festa ludosque fieri mandavit. [2] Simul & inter illos tandem convenit, quod idem dux Burgundiæ Calisiam ad Sigismundum Henricumque reges Octobri proximo pro patranda pace veniret. Quibus sic conventis, ad reges suos illustrissimi comites revertuntur.

Hiis itaque peractis Romanorum rex ad regna sua cogitans se parat ad iter. Henricus vero rex, ut qui nuper icta fœdera digna benevolentia multis & officiis prosequi confirmareque studebat, parata digna classe tantis devehendis Principibus, ipse cum multis è suis proceribus & militibus, una cum Sigismundo rege comitatuque suo, Calisiam profecti sunt, quoad Johannes dux Burgundiæ fide sibi vadibusque datis ab Anglicis cum pluribus [3] aliis, qui magnifice cum suis omnibus comitibus, militibus, famulis & equis ab Henrico rege, suo ipsius regis sumptu, edicto prius ne quis [4] Burgundi vendere quicquam auderet, receptus est. Et quoniam non ea quæ [5] ad concludendam pacem [6] secum adduxerunt, sed in elatione sua perseverabant, abire jussi sunt. Fol. 12. b.

Per id temporis rostratæ maximæ naves hostium plurimæ portui se Calisiæ præsentarunt, invite fortassis propter validissimam tempestatem. Contra quas [7] Angliæ naves (quamvis ad illas minime missæ) duram pugnam audacissimo inierunt animo. Sed tandem à vento, fluctibus, & procella dirempto prœlio divisæ, Calisiam ab hostibus redeunt, & hostes in altum proficiscuntur.

Henricus inde rex Romanorum regem magnis & regiis muneribus donat, & omnes Sigismundi proceres & quotquot Romanorum regi famulantur donari jubet. Et inde Sigismundo Calisiæ relicto [8] non sine multis fluctibus & periculis navigavit. Quam ob tempestatem non ausus ingredi mare Sigismundus legatos ad Burgundum ad securi transitus per Flandriam ab ipso quatuorque Flandriæ membris fidem habendam mittit. Quæ non negatur à duce, sed de quatuor membris non honestum videri di-

1. Burgundi *Ben.* 2. Sic *pro* simul *in Ben.* 3. Aliis veniunt, qui *Ben.* 4. Burgundis *Ben.* 5. Conducunt ad *Ben.* 6. Galli secum adduxerant *Ben.* 7. Anglicæ *Ben.* 8. Henricus in Angliam non sine *Ben.*

cit,

cit, quod à ſubditis talia quærantur, ſatis ſuperque fore quando Flandrenſes ſibi multa cum fide parebant, ſi tranſitum ipſe Johannes dux (quod lubens faciebat) permitteret. Sed cum interim ventus jam remitteretur, [1] in Germaniam ad ſua regna ſereniſſimus rex proficiſcitur.

Medio tempore rex Henricus Chriſtianiſſimus legatos Conſtanciam ad generale totius eccleſiæ Concilium legaverat. Qui una cum reliquis & adveniente Romanorum rege pro unione ſacroſanctæ matris eccleſiæ ſtuderent, & ad tollendum ſchiſma quod tum trium paſtorum vigebat. Quas ob res & ex omnium conſenſu nationum hoc in Concilio ſtatutum eſt, ut Anglia nationis nomen obtineret, & una diceretur ex quinque quæ devotionem præſtant Romano pontifici. Quod ante id temporis livore invidiaque non paſſi fuerant aliarum nationum homines.

Eodem anno Douglas quidam comes Scotiæ proficiſcitur in Angliam, fœduſque ferit, & amicitiam init cum Henrico rege, quam jurejurando firmat patentibus literis & ſuis ſigillis. Poſtea tamen contra jusjurandum perjurus ad hoſtes Gallos profectus, poſt mortem Henrici regis in prœlio quod geſtum eſt apud Vermilam pugnans ab [2] Anglis interficitur.

Fol. 13. a. Anno quinto regni ſui magnanimus Henricus rex in ipſa hieme bellum inſtaurat, dilectum validiſſimum habet, claſſem parat; & ipſo vere [3] dilectis ex [4] omnia Anglia Principibus, proceribus, equitibus & militibus quos bello paceque bonos cognoverat, ad Hamptonam proficiſcitur, ut cum ventus primò ſecundus habeatur, in Galliam ad inchoatam tantam rem proficiſcatur.

Interim Galli non contenti viribus ſuis fœdus cum Genuenſibus feriunt Itala civitate. Quo in fœdere tenentur Ytali precio pecuniiſque Gallorum quot petierint, & de majoribus naves armare, armataſque Gallis ad auxilium deducere. Quo facto, ſtatim Genuæ paſſim armantur plurimæ. Inter quas nonnullæ miræ magnitudinis erant, & hiis in locis ante id temporis non viſæ. Navigant in

1. Per naves in Germ. *Ben.* 2. Anglicis *Ben.* 3. Delectis *ſupra lin. in Cod. noſtro. Ita nimirum maluit ſcriba.* 4. *Lege,* omni.

Galliam

Galliam ad ipſius Sequanæ fauces, ubi depoſitis ancoris velut ſtativa caſtra ponunt. Quod ubi primùm innotuit regi, quamvis ipſe cuperet ad illas expugnandas proficiſci, conſilio tamen ſuorum procerum hanc provinciam dat ſtrenuiſſimo comiti Johanni Huntingdoniæ; qui accepta claſſe, commilitonibus & hiis quæ tantam ad rem opus erant, ſecundiſſimo vento [1] navigavit ad hoſtes. Hii nec detrectâre certamen. [2] Utriuſque concurritur. Colligantur [3] funibus, cateniſque naves. Pugnatur duro marte majorem partem æſtivi diei. Tandem vires Anglicas non ſuſtinent Ytali: [4] capiuntur majores, majorque pars earum. Nonnullæ tamen ex hac claſſe Genuenſium timore percuſſæ videntes ſuos jam hoſtium vires non ſuſtinere, ruptis catenis & uncis vento fugaque ſe [5] futatæ ſunt. Hac ingenti parta victoria, comes magnanimus cum roſtratis pluribus maximiſque captis, fugatis reliquis, [6] innumeris cum captivis Hamptonam ingenti gaudio revertitur ad regem. Qui gratias agens inmortali Deo, laudibus tituliſque [7] pluribus comitem ſobrinum ejus extollit & ornat.

Poſt hujus victoris comitis lætum reditum ad VI. Kalendas Sextilis ex Amptona ſtrenuiſſimus rex, parata, velut prædictum eſt, claſſe, [8] videlicet navibus ad mille quingentas & omni ſuo exercitu, qui armati ſecum in Galliam ad militum ſexdecim milia [9] quadringentos proficiſcuntur.

Venerat namque Clarenciæ dux [10] ejuſdem regis frater ſereniſſimus" cum lanceis ſive militum triadibus ducentis & quadraginta, ſagittariiſque viginti & [11] ſeptingentis. Fol. 13. b. Magnanimus & alter regis frater Hunfredus [12] illuſter Glouceſtriæ dux cum lanceis centum [13] &" ſagittariis trecentis. [14] Illuſtrique ſex regii comites cum lanceis ſeptuaginta & quadringentis, ſagittariis vero mille quadringentis & decem. Marchiæ comes ducebat lanceas

1. Navigat *Ben.* 2. Utrinque *Ben.* 3. Uncis, funibus *Ben.* 4. **Theire greateſt Carricks were taken, and alſo the greateſt part of them** *libri Anglici.* 5. *Lege,* tutatæ. 6. Innumeriſque cum *Ben.* 7. Plurimis *Ben.* 8. Sua videlicet *Ben.* 9. Quadringentoſque prof. *Ben.* 10. *Deſunt Ben.* 11. Sexcentis *alii.* 12. Illuſtriſſimus *Ben.* 13. *Deeſt Ben.* 14. Illuſtreſque *Ben.*

centum,

centum, ſagittarios trecentos. Mareſcallus lanceas centum, ſagittarios trecentos. Warrewick lanceas centum, ſagittarios trecentos. [1] Sarum lanceas centum, ſagittarios trecentos." Huntingdoniæ lanceas quadraginta, ſagittarios centum & viginti. Suffolchiæ lanceas triginta, ſagittarios nonaginta. Tum alii proceres regni treſdecim cum lanceis ſex & quingentis, ſagittariiſque mille quingentis & octuaginta.

Dominus videlicet de [2] Bergueyne lanceis cum quinquaginta, ſagittariis centum & viginti.

Dominus de Mautravers lanceis quadraginta, ſagittariis centum & viginti.

Dominus [3] de" [4] Fithhugh lanceis ſexaginta, ſagittariis centum & [5] quinquaginta.

Dominus de Clifford lanceis quinquaginta, ſagittariis centum & quinquaginta.

Dominus de Grey lanceis ſexaginta, ſagittariis centum & octuaginta.

Dominus de Willoughby lanceis quadraginta, ſagittariis [6] centum.

Dominus de Talbot lanceis centum, ſagittariis trecentis.

Dominus Edwardus Courtenay lanceis triginta, ſagittariis nonaginta.

Dominus de Bourcheir lanceis triginta, ſagittariis nonaginta.

Dominus de [7] Roos lanceis decem, ſagittariis triginta.

Dominus de Lovell lanceis ſex, ſagittariis decem & octo.

Dominus Eſmon Ferrers de [8] Cherteley lanceis viginti, ſagittariis ſexaginta.

Dominus de Haryngton lanceis triginta, ſagittariis nonaginta.

Poſt [9] hos veniunt equeſtris ordinis nobiles ſtrenuiſſimique milites ſeptem & [10] ſeptuaginta cum lanceis noningentis [11] quinquies quadraginta, ſagittariis vero duobus

Fol. 14. a.

1. *Deſunt Ben.* 2. Berguey *Ben.* 3. *Deeſt Ben.* 4. Filchhugh *Ben.* 5. Octuaginta *Ben.* 6. Centum & viginti *Ben.* 7. Roes *Ben.* 8. Carteley *Ben.* 9. Iſtos *Ben.* 10. Octuaginta *alii.* 11. Quinque & quadr. *Ben.*

milibus,

milibus, & octingentis, duobus & [1] quinquaginta quid militum [2] virum finguli fecum duxerint quia longum effet penitus [3] obmutavi. Carpentarii opificefque diverfi regio ftipendio ad mille cum rege profecti funt, quorum artes hîc numerare non intendo. Sed nulla defuit [4] arco in eo exercitu quæ vel fodiendis cuniculis, vel erigendis machinis, vel mufculis ad deficcandas foffas,vel ad tormenta [5] cædundus lapidibus pro conterendis mœnibus, vel denique ad ufum exercitus tanti quæ poffit excogitari. Reliqui vero fuere regi famulantes vel alii finguli milites vel cum parvo numero per regem conducti [6] quod primum numerum militum [7] fexdecim millium & quadringentorum fupplevere. Hiis itaque paratis claffe fimul & exercitu, navim ingreditur ornatu regio decoram, cujus velum ferico purpuraque cum utriuflibet infignibus regnorum Angliæ & Franciæ perpulcherimum, & hanc ***regium thalamum*** vocat. Aliam & fecundam roftratam habet ornatu fimili decoram quam ***aulam regiam*** vocari jubet. Has & duas prætorias reliquæ claffi conftituit. Ac ne forte fuis hoc pateat hoftibus quo proficifcatur, iter ejus etiam militibus & comitibus occultum habet. Prætorias totius claffis naves [8] reliquæ, claffem omnem optatiffimus infequitur ventus, donec Kalendis Sextilibus propter caftellum de Tonque in Normanniam deferuntur. Tum cuftodes qui per ftationes littus fervabant ut tantam vidêre claffem, quorum viribus refifti [9] poffit non credebant, relictis ftationibus & univerfo littore fe, corpora, libertatemque fola fibi fuga tutantur. Rex fimul ac exercitum [10] educit nobiles quofdam milites & hoc honore dignos ad ordinem equeftrem adegit, & omnia quæ decreta fecerat propter Harifluvium proclamari in exercitu jubet, & alia quoque multa quæ bona utiliaque credit fibi exercituique fuo.

Comes before the caftle of Conque.

Erant non procul à litore cafulæ quædam quas in diverticulum fuum fibi rex capit, nonnullifque familiaribus & domefticis ejus exercitus; reliquum erectis in

---

1. Quinquaginta. Qui milites quid *Ben.* 2. Viritim *Ben.* 3. Omittam *Ben.* 4. *Lege,* ars. 5. Cædendis *Ben.* 6. Quot *Ben.* 7. Quindecim *alii.* 8. *Subintellige,* infequuntur. 9. Poffe *Ben.* 10. E navibus educit *Ben.*

campo tentoriis manere jubet. Exoneratis & mox navibus præter quæ machinis tormentiſque devehendis erant deputatæ claſſem in Angliam dimittit omnem. Inde ſitum, locum, munimenta [1] caſtelli, aliorumque [2] caſtellum & oppidorum & urbium nobiles milites exploratum mittit. Qui grandi præda multiſque [3] cum" captivis redeuntes, quæ prudentiſſimus optaverat rex ſingula docent. Erant hoſtes ingenti percuſſi pavore, quiſque pro ſe res
Fol. 14. b. ſuas, pecudes, grana ceteraque bona in [4] urbis oppida caſtellane deferebant, ignari quos primos invaderet Anglicus. Tum mœnia reparant, turres muroſque ſaxis & miſſilibus muniunt, & alia quæ ſingula bona credunt, ad infortunia belli & oppugnationum depellenda. Proficiſcitur rex ad oppidum de Tonque, cujus arx ſeu caſtellum erat mœnibus & ingentibus foſſis munitiſſimum. Ejus oppugnatio caſtelli datur ſereniſſimo ſuo fratri Humfredo Glouceſtriæ [5] duci, qui ſic illos perbrevi cum [6] multis" inſultibus tum aliis operibus bellicis adeo coëgit, quod ad 5. Idus Sextilis regi caſtellum libere dederetur. Miſerant ante tamen qui ad ipſius caſtelli præſidium locati fuerant duos Rothomagum proceres ad Caroli filium (qui ſe [7] Dolphinum dicebat) ut eum admonerent, niſi brevi tanta caſtellum ſolveretur obſidione, [8] in ſuique patris devotione teneri non poſſe. Sed ut tale nuncium detulere cruci ſtatim affigi juſſi. Comes & Sarum aciei ſecundæ præfectus dum hæc aguntur ab Humfredo duce caſtellum oppugnat [9] Aubvilliers. Quod captum cum omnibus quæ ad ipſum pertinent ſibi [10] condonat à rege fuit. Itaque tunc primus ſtrenuus iſte comes qui hoc in conqueſtu terris à regia liberalitate donatus eſt.

Tonque caſtle ſurrendred.

Aubvilliers caſtle otaken.

Rex magnanimus, qui nichil quicquam de ſua juſtitia dubitabat, pulchre tamen ſciens, [11] quod [12] operationes afferant captarum urbium & oppidorum, & ſi quando prœlia fiant quid cædis ſtragiſque hominibus fiat & po-

1. Caſtelli Hunfler, aliorumque *Ben.* 2. *Ita etiam Ben. Sed lege*, caſtellorum. 3. *Deeſt Ben.* 4. *Lege*, urbes, oppida, caſtellaque def. 5. Duci, aciei ſuæ primæ ſtrenuiſſimo magnanimoque præfecto. Qui ſic *Ben.* 6. *Deeſt Ben.* 7. Delphinum *Ben.* 8. In ſua ſuique *Ben.* 9. Aumbvilliers *Ben.* 10. Condonatur *Ben.* Donatum *conjecit R. J.* 11. *An*, quid incommodi op.? 12. Oppugnationes *Ben.*

pulis,

pulis, ad hunc, quem [1] diximus, Delphinum feciales mittit, ut ad eum [2] cujus patris defensio primum spectare videbatur, ipsum [3] exortans ut pacem suis persuadeat, quam hac sibi conditione daret, si dictus Delphinus ad duellum pro patre cum ipso rege veniat, & eorum uter victoria potiatur Gallis Gallorumque regno imperet & dominetur. Sed tanto se discrimini [4] Gallos subjicere non ausus, pacis hanc conditionem recusavit.

Cum hyemps jam propinqua instaret, suos consulit Henricus rex quid prius agendum videatur, ut melius [5] excercitus suus hibernari queat, desit neque sibi comeatus & quæ ad victum conducunt. Consulunt omnes Cadomum oppugnatum iri, locum amplum tectis domibusque refertum, & rebus omnibus feracissimum, nec adeo munitum ut tantis viribus [6] regis resistere posse videatur. Fol. 15. a. Quo capto, reliqua munita minus nullo labore, oppugnatione nulla verosimiliter regiæ se dedent majestati.

Qua statim sententia [7] sapientissimo" regi probata, cum [8] excercitu suo rex ipse magnanimus eo quo solebat semper ordine Cadomum ad obsidendum expeditionem parat. Caen besieged. Sed quia tantum exercitum per intermedios rivos & torrentes recta ducere non poterat, ipse longiori, sed faciliori, via cum exercitu proficiscitur, præmisso Clarenciæ duce suo serenissimo fratre cum expeditis mille militibus ad [9] illasa Cadomi suburbia de loci incolis igne conservanda. Verebatur enim ne timentes oppidani regem & exercitum Anglicum hospitium in suburbiis habituros, ad oppidum seque debellandos hæc igni loca comburerent; quod fuisset quippe factum, nisi ducis citus adventus jam tectis injectum ignem viribus, armis, limphaque morti dedisset. Erat & [10] abbatia templum beato Stephano dedicatum, altis mœnibus, latis profundisque fossis munitum, satis oppido vicinum. Quod timentes oppidani ne per Anglicos occupatum arx esset & castellum, ad ipsum [11] oppugnandum oppidum, [12] colom-

1. Dixi *Ben.* 2. *Sic & Ben. Sed lege,* cui patriæ defensio. 3. Adhortans *Ben.* 4. F.Gallus. 5. *Sic.* 6. Regi *Ben.* 7. *Deest Ben.* 8. *Sic.* 9. *L.* illæsa 10. Abbatiæ *Ben.* 11. Expugnandum *Ben.* 12. Columnis *Ben.*

pnis jam ſuffoſſis, demoliri ſummo ſtudio properabant. Parum & [1] haberat ab ejus ruyna, niſi magno dux animoque forti locum quanquam munitum viribus expugnaſſet. Quem devictum reparatis [2] colompnis ab excidio ruinaque tutatur. Erat & illic prope [3] ſacel aliud religioſarum mulierum munitiſſimum, quod ante regis adventum dux ſtrenuiſſimus in ſuam ditionem viribus pugnaque recepit. Advenit rex, omnis & exercitus Anglicus [4] ad . . . . . mœniaque loci luſtratur. Eſt namque Cadomum in plano conſtitutum, altis foſſis groſſiſque mœnibus munitum, in cujus medio rapaciſſime defluit fluvius, armis nobilibuſque viris refertum. Cujus loci ſitum munimentumque contemplans rex ipſe prudentiſſimus, quibuſque locis obſidio locari melius, viribuſque facilius hoſtes premi poſſint : quanquam pars illa quo primum advenerat munita minus, ſibique contra Gallos hoſtes tutior foret, juſtitia ſua maxime fretus ea qua parte loci caſtellum vel arx licet munitiſſima ſita erat, & ad inſultus Gallorum patentior , ſtativis ſuis caſtra metari jubet. Et quia medius inter [5] ille" fluvius erat, non recta, ſed per anfractus prius quæſito vado proficiſcitur ad optatum locum, caſtra ponit, & ex eadem fluminis parte qua rex Clarenciæ dux longe tamen procul, magnanimum & Humfredum Glouceſtriæ ducem cum acie ſua ſuiſque militibus ex ea parte unde tormentis machiniſque mœnia demoliri, ſuiſque patentem aditum fortiſſimus Imperator facere ſtudebat, ſua caſtra locari jubet, quem Principem ſtrenuiſſimum huic rei præfecit. Et ubi munitior & tutior oppidi locus videbatur, [6] ubi majores vires majoremque cuſtodiam & diligentiam ponit ; non fuit tamen locus quo obſidione cuſtodiaque non premeretur oppidum. Sed ut oppidani
Fol. 15. b. ſe ſic tantiſque viribus circumſeſſos vident, non inertiæ deſidiæve, ſed laboribus tutelæque loci (velut opus erat) dediti, terreos ante lapideos muros denſiſſimos ad hoſtium ſaxorum ictus tollerandos erigunt, baliſtas aliaſque machinas aptis ydoneiſque locis ponunt, vigilias ſtatio-

1. Aberat *Ben.* 2. Columnis *Ben.* 3. *Lege,* ſacellum. 4. *Ita & Ben. Sed lege,* ad Cadomum, mœniaque. 5. *Deeſt Ben.* 6. *L.* ibi.

neſque

neſque ſtatuunt, & alia multa quæ ad ſuam tutelam & defenſionem conducere credunt. Anglici vero machinas, baliſtas maximas ad demoliendos oppidi muros habent. Nam rex ipſe providus ingentia ſaxa [1] ingentique baliſtas advehi navibus fecerat, quæ [2] icta baliſtis ſaxa non ictibus modo mœnia concutiunt, ſed & ipſorum boatu terrifico beati Stephani Templi, quod à Clarentiæ duce conſervatum diximus, feneſtræ quamvis procul & longe retro confractæ ſunt ad terram devolutæ, in oppidoque nonnulla ædificia vetera nullo ictu, ſolo jactantium baliſtarum fragore penitus demollita cadunt. Nec hoc tacendum videtur. Erat ex quadam parte loci murus ſatis debilis & nullo pene labore ad ruinam deducendus, quo latus ſpatioſuſque fieri poſſet Anglicis ad oppidum aditus. Sed ſacellum ibi quoddam mœnibus contiguum quod in ſimili caſu fuiſſet deductum. Huic muro parcit rex Chriſtianiſſimus, ut [3] Dei eccleſiæque ſuæ ſanctæ devotiſſimus. Oppidani lignis terraque mœnia reparant, & ſaxa baliſtis in caſtra plurima jaciunt. Ab obſidentibus nec obſeſſis labori nulli parcitur. Cuniculos fodiunt Anglici ſub & ipſis oppidi muris ut ad ruinam mœnia deducant. Ubi ſæpius [4] utriuſque dira cæde pugnatum eſt, & omni quo fieri melius modo poteſt rex ſtrenuiſſimus aditum ſuis parat ad hoſtes, ſtationes vigiliaſque circuit, nichilque remittit quod ad victoriam excogitare valeat.

[5] Et primum regi viſum eſt tormentis machiniſque quo melius ex tempore fieri poterat ſatisfactum ad Anglicorum in oppidanos aditum, pulcre ſciens, quid [6] juris muralis pugna terrarum & oppugnatio ſolita ſit afferre, quod & in ipſa victoria ſi [7] temperare vix ab Imperatore, [8] difficilibus à milibus pugnantibuſque [9] poteſt, feciales in oppidum ad ipſius [10] profectos legat, ut ſibi perſuadeant ad ſe dedendos, [11] experientiamque potius cle-

1. *L.* ingenteſque. 2. Jacta *Ben.* 3. *An*, Deo? 4. *L.* utrinque. 5. Ut primum *Ben.* 6. *F.* Viris. *In libris Anglicis habemus*, **what murther of people chaunceth by invaſion of Walls and Townes.** 7. Temperari *Ben.* 8. *L.* difficilius à militibus *Ben.* 9. Ceteris poteſt *Ben.* 10. *L.* præfectos. 11. *L.* experiendamque.

mentiam

mentiam regis, quam belli finem & ipſorum debellationem. Sed ii plurimum freti laboribus operibuſque ſuis præfecti reſpondent, ſe contra quemvis Anglorum impe-
Fol. 16. a. tum ſatis munitos & tutos fore, proinde redeant, regique denuncient, in ea ſe devotione manſuros qua prius fuerant & erant modo, martemque belli communem utriſque fore. Quæ ſimul ac regi tulere, Princeps ſtatim inclitus mente concepit quo melius & facilius pugna viribuſque ſimul illos & oppidum in ſuam ditionem reducere [1] valebat. Mox ubi ſatis apud ſe deliberavit & tempus & expugnationis modum, pridie ejus diei qua futuram pugnam decreverat, convocatis omnibus ad ſe Principibus & præfectis exercitus ſui, conſilium ejus aperiens admonet, quod taciti ad primam maneant auroram, ne quid ejus conſilii poſſit obſeſſis inveſtigari, quo ſibi facilius Anglicique viribus reſiſtant; moxque ut primum in prætorio regis ſigna canere ſentiant, ipſi cum impetu validiſſimo tubarumque clangore continuo congrediantur ad oppidum; & quod eorum quiſquis è ſuis quibus præſunt militibus tres acies inſtruant, quarum inſultum primum aggrediatur prima, quæ poſtquam fuerit pugnando defeſſa ſuccurrat illi ſecunda, ſecundæ vero tercia, quodque ſi non captum erit oppidum prius, & tertiæ prima ſubveniat, ſic viritim procedentes ad finem optatæ victoriæ. Quibus habitis decretis in ſuas ſinguli ſtationes redeunt.

[2] Pridie Nonas Septembris in auroræ vix adventu primo ſigna canunt in regio prætorio. Mox è reliquis tentoriis tubarum reſpondentibus clangoribus ad arma concurritur. Oppidani ſe ſupra muros ſplendentibus armis virorum relucenti corona regi ſe ſuoque [3] monſtrent. Scalis itur in oppidum ab armatis Anglicis, ſed [4] eatum nonnullæ breves foſſis linquuntur inanes; reliquas etiam muris inhærentes ſcandere concertant. Anglici ſtudent obſeſſi ſaxis & miſſilibus reſiſtere: ſed ut unus è ſcalis ſaxo vel alio quovis ictu ad terram delatus eſt, alii plu-

1. Valeat *Ben.* 2. **The fourth Day of December** *libri Anglicani.* 3. *Pro* monſtrent, *lege* monſtrant. *Poſt hanc vocem* exercitui *addit Ben.* 4. *L.* earum.

rimi

rimi locum ardentius depulſi ſupplere conantur. In oppido quoniam ea qua parte loci regia majeſtas erat plures & ſtrenui magis apparebant pugnantes : ſic & oppidani quamvis locus nullus pugna vacaret, in hanc tamen partem majores vires ponentes magis intenti reſiſtunt. In Anglicos ingentia ſaxa provolvunt, calcem in pugnantium oculos effundunt, mox & bullientis aquæ maximam quantitatem. Nichil & remedii linquunt, quod ad tutandam eorum ſalutem non experiantur; ſed neque ſaxa viros armatos ex ipſis prope ſummis muris ad terram devolventia, neque lympha fervens inter arma veſteſque defluens, neque calx pugnantium oculos excœcans Anglicos ab incepto deterrent. [1] Et alia procul parte pugnabat ſtrenuus Princeps Clarenciæ dux, cujus non foſſis, Fol. 16. b. non muris, non ſaxis, nullis denique viribus impetum mollire queunt, ſed ab eo ſic opprimuntur, ut è muris, propter ipſius ſuorumque [2] candentium ingentem multitudinem, oppidani deſcendere cogantur. Quem omnis Principem ſubſequitur ejus militum multitudo. Pugnatur & in oppido per vicos, per plateas, ubi rebelles quotquot Anglici conveniunt omnes interimunt, [3] nulli præterquam pueris, mulieribus & [4] nermibus ſacerdotibus parcitur. Sed poſtquam omnia ſibi vident Anglici fauſta ſatis, parumper cædi parcitur, capiuntur & multi. Jam media Cadomi [5] capta cum magnanimus dux pontem oppidum fluminis in duo dividentis [6] opponat, mox & in aliam medietatem ſtragem ingentem edens totum [7] properat oppidum victor; & ad eum tandem locum, ubi pugnabat totis etiam viribus acies regia, devenit, muros ſcandit, Gallos deturbans ad terram dejicit, ſuis & omnibus patentem in oppidum aditum perhibet. Dum hæc aguntur, denunciatur regi maximam Gallorum manum ad ſubſidium Cadomi jam appropinquare. Tunc rex (relictis ad oppugnanda mœnia quos oportunos ducebat) ipſe cum reliquis [8] maducmentis hoſtes patentibus ſe campis obviam offert, ſed nullus venit, ſe neque oſten-

1. Ex alia *Ben.* 2. *L.* ſcandentium. 3. Nullique pr. *Ben.* 4. *L.* inermibus. 5. Pars capta *Ben.* 6. Oppugnat *Ben.* 7. Pererrat *Ben.* 8. In advenientes hoſtes *Ben.*

dit aliquis hoſtis. Tandem ſedato tumultu belli quamvis pueriles fletus & muliebres ululatus omnia [1] illuc etiam complerent, per patentes oppidi capti portas cum exercitu reliquo victor rex ingrediens non ad ædificia loci contemplanda, non [2] hoſtiles prædas congregandas, ſed ædem beati Petri, quod illic primum erat templum, gratias acturus immortali Deo recta devotiſſime proficiſcitur. Qui vero prædæ fuerunt intenti ditati ſunt omnes maxime, nam ditiſſimi fuerant illic cujuſvis divitiarum [3] granis oppidani. Nemo tamen auſus eſt eccleſias vel ſacella ſpoliare, timentes edictum regis alias in exercitu totiens proclamatum. Et quod quiſque ceperat, ſibi relictum eſt & à rege conceſſum. Nulla neque violata neque pulſata fuit mulier, ſed omnes oppido regio mandato paulo poſt abire juſſæ Cadomum, & omne libere novis incolis viribus virtuteque ſua patuit & expedite. Nondum erat tamen caſtello potitus Anglicus; & qui præſidio fuerant illiuſque cuſtodia locati latis foſſis altiſque mœnibus freti, virorum multitudine, comeatus & [4] habundantia non inducebantur ad ipſius deditionem, quanquam arctiori nunc oppido capto cuſtodia premerentur. Locaverat enim mox victoria rex potitus validam circum in agris & in Cadomo portæ qua itur in oppidum ſolertemque obſidionem. Strenuiſſimus interim Princeps Glouceſtriæ dux cum electa virorum manu [5] Baiocenſem urbem [6] quem Bayeux dicunt & amœnam & munitam ad obſidendum vadit. Quam cum per aliquot dies circumſediſſet, ipſius cives Cadomi recentem expugnationem eorumque depopulationem, vim, vires, & Anglorum induſtriam præ oculis habentes, ad compoſitionem fœderaque deveniunt, urbem Principi libere dedunt & ipſius arcem ſeu caſtellum, ſeque fideles Anglico regi fore promittunt, [7] quæque regem alium neminem [8] quem Henricum & ejus heredes pro ſuo domino cognoſcent in futurum. Quibus & illuſtriſſimus dux regio mandato pollicetur regimen & juſtum & bonum, & quod fideles libere vivent ſuis legibus ſub im-

Cane taken.

Fol. 17. 2.

Bayeux beſeiged, and ſurrendred.

1. Tunc *Ben.* 2. Ad hoſtiles *Ben.* 3. Generis *conjecerat ſcriba.* 4. Abundantia *Ben.* 5. Baiocem urbem *Ben.* 6. L.quam. 7. L.quodque. 8. L.quam.

perio

perio regis Henrici hiis quibus ſub Karolo moribus vixerant. Dum Hunfredus [1] rex hanc [2] obſcidet urbem, interim nunciatur fortiſſimo regi Gallorum collectam eſſe maximam manum ad arcem Cadomi ab obſidione liberandam. Tunc inclitus Princeps ex oppido exit in apertum campum, ubi caſtra metans erecto ſuo prætorio cum ſuis militibus hoſtes operitur. [3] Aperuit & hoc tempore mirabile portentum. Crux alba diu ſupra regium prætorium ſtetit, cujus tamen brachia univerſa caſtra tangentia ſingulos in admirationem ingentem deduxere. Poſt aliquot inde dies caſtelli præfectus omneque præſidium loci jam oppido privati, nullum ut qui videbant ad hanc ſolvendam obſidionem proficiſci, neque ſpei ſaltem amicorum literis aliquod ſibi de ſe liberandis dari, ſimilem tandem eventum ſui timentes qualis fuerat oppidanis, precibus eciam fatigati captivorum procerum in Cadomo, quibus terrores minaſque mortis inferebant Anglici, niſi ad citam arcis deditionem operam darent, ad pacta cum rege veniunt, quod niſi infra ſtatutum certum tempus obſidione liberentur, caſtellum libere dedent cum machinis, baliſtis, & armorum omni qua munitione foret. Ipſi vero præfectus, præſidium, & ſi qui ſunt illic oppidani cum omnibus ſuis bonis inde quo voluerint tute ſecureque valeant abire. Nullum & cum ſubſidium ad ipſum tempus deveniſſet, ad deditionem ſe parant. Ad XII. Kalendas Octobris ex auro & ſerico prætorium regium erigitur coruſcanſque ſolium, quò victorioſiſſimum ad regem ſedentem cum aſtantibus reliquis Principibus & Anglicis primoribus caſtelli præfectus cum adveniſſet, ad genua procidens claves, arcem, machinas, arma, ceteraque munimenta caſtelli dedidit. Inde præfectus, præſidium, & qui fuerant illic oppidani cum ſuis omnibus rebus liberi cum Anglicorum comeatu ſecuri [4] & terras ſuorum deducuntur. Novus & Anglicus præfectus cum novo præſidio regio mandato caſtellum occupat. Et quia vulgabatur à captivis, Eccleſiarum in arce bona multa repoſita, rex ea qua ſollertia fieri potuit Fol. 17. b.

1. Dux *Ben.* 2. Obſidet *Ben.* Obſideret *ſupra lin. in Cod. noſtro. Sic nempe maluit ſcriba.* 3. Apparuit *Ben.* 4. *Lege,* ad terras.

F omnia

omnia tam ecclefiarum parochialium quam abbathiarum bona [1] cooperta penes bonos fidelefque viros diligenter fervanda deponit, quo ad [2] quorum hæc [3] intereant bona cum eorum adjacentibus in ditionem regis [4] advenient. Quæ tunc illis omnia nulla imminuta reftituantur. Et eft ita poftea factum. Intraverat munieratque Baiocem dux inclitus Hunfredus Glouceftriæ. Per hæc tempora Lexovienfis urbs, & hanc Lifieux nominant, & caftellum de [5] Nennby per Anglicos capiuntur. Immo & per maximum terrarum ambitum paucis diebus quicquid & muniti & caftellorum fuit, in [6] deditionem captum victoriofiffimi regis reducitur.

City Lisieux and Castle of Nennby or Newby taken.

Poftquam prudentiffimus rex videt armis viribufque fuis nichil refiftere poffe, convocato fuorum procerum fapientiffimo Concilio, de conciliandis fibi Gallorum animis refert. Nam licet omnia fibi ex fententia faufte fuccedant, fi cunctam Franciam fuis victoriis, obftinatis fed ad refiftendum nobilium & popularium animis, viribus & armis expugnet, multatis multandifque femper contumacibus univerfum regnum ad defolationem & excidium ultimum deduceretur. Quod fe non moverat, cum ad conquirendam ejus hereditatem primum arma fumpferat, & quod fuis potius [7] juribus carere vellet quam deferta patria regnoque vacuo potiri. Tunc ex omnium fententia publice Cadomi proclamari jubet, Quicumque redire velit ad devotionem & jurandam fidelitatem Henrico Franciæ & Angliæ regi, domibus & terris fuis frui quieteque vivere valeant, ficut antea vivebant priufquam ad obfidionem Anglici venirent; Et fi quis alius Gallus vel alienigena & in terris ab Anglicis captis & fibi deditis, regi præftito prius fidei jurejurando, habitare, negotiari artes & officinas exercere velit, libere & fecure queant. Quas ob res plerique brevi nobiles, cives, [8] burgunfes & ruftici totius quafi patriæ reveniunt, præftitoque, ut præfertur, jurejurando, habitis & hujufce rei literis patentibus, cum bona gratia regis

1. Comperta *Ben.* 2. Templa quorum *Ben.* 3. *L.* intererant. 4. Devenient *Ben.* 5. Newby *alii.* 6. Ditionem *Ben.* 7. Viribus *Ben.* 8. Burgenfes *Ben.*

libere,

libere, tute, faufte feliciterque viventes capta per Anglicos loca jucundiffime complevere, jucundius [1] etiam, quoniam inhonefta injuftaque quædam [2] munia, injuftæ fcilicet exactiones in ipfa patria prius ufitatæ, per clementiffimum regem fuerunt amotæ. Sic omnis & illa provincia brevi maximum in amorem, pietatem, & dignam obfervationem incliti regis devenit. Fol. 18. a.

Mox ubi præfectos omnibus in locis fuis fuffecit, & in quorum manibus fidei jusjurandum à redeuntibus Gallis in victoris regis urbes & oppida præftaretur, Kalendis Octobris è Cadomo cum omnibus fuis legionibus ad caftellum Courcy profectus, illud tercia die fibi deditum recipit. Inde pridie Nonas ad Argentonium obfidendum recta vadit. Erat hoc oppidum munitum valde cum arce feu caftello munitiffimo. Sed illius oppidani, quibus non clam erat recens expugnatio depopulatioque Cadomi, fecialibus regis ab eis deditionem petentibus pacifci cum rege velle refpondent. Et poft multa petita, in hoc tandem cum clementiffimo rege conveniunt, quod nifi per fuos Gallos, in quorum devotionem vivebant, infra certum ftatutum tempus ab obfidione liberentur, fe cum caftello libere dedent. Hac tamen addita conditione, [3] ut illinc quicumque velint exire, tute cum fuis omnibus bonis ad fuos in quam cupiant magis Gallorum terram illæfi & inviolati per Anglicos abire valeant; Quique velint illic habitare, præftito regi jurejurando fidelitatis prius, omnia fua bona [4] tute fine cujufvis offenfa libere fub imperio regis Henrici vivere [5] valeant, quem femper habebunt pro fuo fupremo rege & domino, nec ullum alium in futurum regem dominum eorum cognofcent præter Henricum regem heredefque fuos. Quod cum adveniffet tempus, & fubfidii nichil mififfent Galli, pacta regi fervantur, & ab oppidanis oppidum recipitur. Ubi relictis novis præfectis ad hæc jurajuranda pro fe recipienda, munito per Anglicos caftello rex ad aliam fe parat expeditionem. Ecce & infinitus pene populus ad regem confluit [6] ad fibi fidelitatem præftandam. Et urbs

Courcy furrendred.

Argentine rendred.

1. Et etiam *Ben.* 2. Munia pecuniarum, injuftæ *Ben.* 3. Quod illinc *Ben.* 4. Poffidens tute *Ben.* 5. Valeat *Ben.* 6. Et fibi *Ben.*

City Sees rendred.

Sees populoſa valde, ubi abbathiarum duo ſunt maxima munitiſſimaque templa, ſe regi dedunt, quamvis alterum non ſine ſæva pugna potuerit ad deditionem cogi. Plurima per eam provinciam & alia ſe dediderunt oppida regi. His [1] ita peractis, ad Alenconium cum proficiſceretur, ad Bonmolins & Eſſay, [2] abbathias munitiſſimas, & oppidum Vermile non minimam ſui partem exercitus recipiendum, & ſi rebelles fuerint expugnandos, mittit. Quibus deditis tandem locis, præſidia quædam valida ſatis illic diſponunt ad totam patriam finitimam crebris incurſibus [3] & hibernis ſollicitandam. Inde cum exercitu reliquo Alenconium proficiſcitur, & ad Idus Octobris [4] præluſtrato diligenter oppido quæ pars munita magis viribus Anglicis reſiſtere melius valeat, ante caſtellum, quod validius munitiuſque videbatur, ſereniſſimum Glouceſtriæ ducem Humfredum cum acie ſua in caſtris ſedere jubet, & [5] alias inde partes veluti munitæ magis minuſve videbantur obſeſſæ ſunt. Erat Alenconium oppidum campeſtre, præmunitum foſſis & mœnibus groſſiſſimis cum frequentibus & turribus pene contiguis, & ejus caſtellum amœniſſimum ſitu loci foſſis, muris, turribuſque longe magis munitum. Hujus oppidani ſatis animadvertentes magnanimi regis inſtitutum ab obſidione qui non niſi capto vel ſibi dedito loco diſcederet, parvam quoque ſuis in [6] domibus ſubſidii ſpem habentes, quamvis in adventu regis primo feciſſent hoſtiliter in Anglicos plurima, tandem cum rege magis in ejus clementia quam viribus ſuis freti ad pacta veniunt, quod niſi paucos infra quoſdam dies per ſuorum ſubſidium ab obſidione liberentur, libere regi caſtellum & oppidum dedent, & interim quod induciæ fuerint, nec quicquam inter utroſque belli geretur. Quo finito induciarum termino, cum nichil à ſuis levaminis recepiſſent, ſe libere victori regi caſtellum & oppidum dedunt. Quibus quorumque nemini quicquam nichil per Anglicos captum, prædatum, nec violenter tactum aut læſum fuit: ſed omnes ad unum ubi fidelitatis jusjurandum præſtiterunt Alenconii,

Bonmolins and Eſſay rendred.

Fol. 18. b.

Alanſon rendred.

1. Itaque *Ben.* 2. Abbatias *Ben.* 3. In *pro* & *in Ben.* 4. Perluſtrato *Ben.* 5. *Ita & Ben. Sed* aliæ *legend.* 6. Dominis *Ben.*

poſſeſ-

possessionibus suis tuti securi fuerunt & læti; & omnes incolæ, qui præsidio illic fuerant, & advenæ negociatores libere cum suis bonis quo voluerunt abire permissi. Relicti sunt & ibi regii præfecti ad jurajuranda fidelitatis & aliorum hominum, urbium, oppidorum, & villarum recipienda, qui regem Henricum in suum regem supremum cognoscere vellent. Itaque brevi provincia tota fidelitatem ad urbem usque [1] Cenomannicam regi præstitit victoriosissimo. Receperant & Angli oppidum [2] Bolosme, castellum & oppidum [3] de Fresnay, & totam illam provinciam, per ingentem ambitum oppida, castella, munitiones & omnes in regiam deduxerant potestatem.

Bolosme { rendred.
Fresnay {

Illustrissimus potensque Princeps Britanniæ dux, fide sibi de rege victore data, cum suis quampluribus de primoribus ad Henricum proficiscitur. Ubi variis per ipsos attentatis, in hoc tandem conveniunt de componendis induciis, quæ pactæ sunt à xv. Kal. Decembris [4] a pridie Kal. Octobris anni futuri inter regem, ejus milites, subditos, socios, & sequaces, & præfatum ducem, ejus itidem milites, socios, subditos, & sequaces. Datæ sunt & ad id temporis induciæ reginæ Jerusalem & Siciliæ suoque filio Ludovico, quorum dux iste Britanniæ legatus erat ad regiam majestatem, pro ducatu Andegaviæ Cenomaniæque comitatu. Sic & eisdem temporibus prænominatus Delphinus Karoli filius agere de pace cum rege victoriosissimo velle dicit. Qui cum suis legatis tutum ad hoc aditum locumque pro temptanda pace petiisset, est illis locus datus apud oppidum Tonque; [5] quod non mediocris auctoritatis viros ad agendum de pace mittit uterque. Multa tractavere; quorum quædam cum Galli paci convenientia victoribus obtulissent, quibus & assentiebant Anglici, denique dicunt ad Delphinum velle redire, sed quod mox ad regem adibunt belli finem exitumque bonum impositituri. Posteaque venerunt ad regem in obsidione Falesiæ, sed sic [6] apposito deerrantes, ut infecta pace brevi redirent, de quibus pacis conditio-

Fol. 19. 2.

1 Cenomaniam *Ben.* 2. Bolisine *Ben.* 3. De Fryes Fryesney, & totam *Ben.* 4. L. ad. 5. L. quo. 6. A præposito *Ben.*

nibus

nibus nichil hîc, ſed ad alium fortaſſe locum dicemus.

Phalois beſeiged. Jam ad obſidendam Faleſiam parabatur expeditio; ſed ne forſitan obſidendi metu percuſſi Faleſii relicto loco mœnibus abirent, comitem Sarum alioſque ſtrenuos milites ad hunc illis exitum prohibendum, locique ſitum & munimentum explorandum expeditiſſimos mittit, paulo poſt cum omni exercitu ſubſecuturus. Hoſtes autem [1] Handiguam contra fuere. Cominus inter ipſos ſæpius & Anglicos ſtrenue pugnatur, cuncta munienda loca muniunt, portas murant, vallibuſque profundis pro foſſis ſe munitos ſentientes, rivos etiam per montes opera ſua deducunt ad [2] vallos, aquamque ſic creſcere cogunt, ut ſtagnum quoddam lacumque profundum ante mœnia ſibi conſtituant. Caſtellum [3] etiam, quod oppido conjunctum erat, in altiſſima rupe pro muro ſitum inexpugnabile videbatur, erat & pulchris mœnibus ſupra ripam turribuſque munitum. Pontes quotquot circum habebant interrumpunt, vigiles, cuſtodes ſtationeſque locant, nullum intermittunt denique tempus aut opus pro eis quæ ad longam tolerandam obſidionem oportuna credunt.

Kalendis Decembribus rex cum exercitu reliquo cum adveniſſet obſidionem huic oppido locat. Ipſe ad portam qua rectà Cadomum vaditur cum acie ſua caſtra ponit, ſtrenuumque Principem ejus fratrem Clarentiæ ducem caſtellum tanta rupe quamvis munitum & ad ipſam rupem obſidere jubet, magnanimum Glouceſtriæ ducem Hunfredum à dextris ejus ſuas vices [4] agredicit, reliquos proceres & Comites quoſque locis ydoneis & oportunis locat. Nullus & oppidi locus fuit, qui arctiſſima obſidione non premeretur. Et ut dubitatione nulla
Fol. 19. b. viderent oppidani nullum hanc obſidionem eventum niſi regis victoriam vel eorum deditionem ſoluturum, cum hyemis jam ſævitia viros & animal omne plurimum infeſtaret, pro tentoriis caſas ædificiaque lignea plurima

1. Haud ignavi contra *Ben.* 2. Valles *Ben.* 3. Et quod *Ben.* 4. *F.* agere dicit. *Nam infra fol.* 20. a. agereque de pace velle dicunt. *In libris Anglicis*, **And his Brother, the Duke of Glocester, he ſett uppon his right hande tofore the Towne.**

ſingulorum

ſingulorum ad uſum fieri mandavit, quo factum eſt ut brevi non turpior aſpectu locus caſtra quam oppidum viderentur. Et ne forte [1] quippiam in incautos Anglicos hoſtilis inſultus fieri poſſet, caſtra ſuorum omnia lato profundoque foſſo cum forti vallo præacutis denſiſſimis infixis palis circumdari ab ipſo exercitu facit, machinas ad muros demoliendos erigit, quibuſdam comeatuum præfectis à rege dictis, quæ ad omnem hominis victum ſpectant in caſtra viliſſimo quoque precio habundantiſſime devehi portarique facit. Nec obſeſſi ſegnius vivunt, ſed crebrius in ipſa caſtra in ipſos Anglicos erumpunt, unde non ſine ſanguine ſic & interdum ingenti ſtrage ſua in oppidum ſe recipere citatiſſimo gradu coguntur. Et licet hyemps ſæviſſima utroſque nimis premeret, erat enim omnis aqua in glaciem tantam deducta, quod chriſtallo vel duriſſimo lapidi ſimilis quam limphæ videretur, crebræque [2] crepitentes grandines illos infeſtabant, oppidani videntes Anglicos à propoſito non deterreri, crebramque murorum oppidi præ machinis Angliciſque tormentis ruynam proximam inſtantem, pugnam timere cœperunt. Quas ob res melius viſum eſt agere de pace, ultima quam penitus experiri. Fuit inter ipſos tamen oppidanos non planus omnium conſenſus, ſed ſeditio non minima. Ulmerius de Nanney præterea caſtelli oppidique præfectus, ut qui ſuo in caſtello ſpem maximam habebat & audaciam tantam, quod ab ullis viribus capi poſſe non timeret, & quod plus eſt, cum vellet, machinis ſuîs ex altiori caſtello propulſurum Anglicos ex oppido ſe facile crederet, pacis deditioniſque fœdus nullum voluit. Veniunt ad pactum pars maxima, quod [3] ſin ad quoddam ſtatutum tempus à ſuis dominis, quorum in devotionem vixerant & vivebant, hac obſidione non levarentur, oppidum libere regi dederent. Ad quod pactum melius & credendum & obſervandum vades ex eorum primoribus victori regi dedunt. Et cum ad conſtitutam diem, IIII. ſcilicet Nonas Januarii, nullus ipſis opem tuliſſet, patentibus portis regi Faleſia deditur. Incolarum facultates illæſæ inviolatæque relictæ

1. *Lege*, quiſpiam. 2. Crepitantes *Ben.* 3. *Sic.*

dominis

dominis & primis poffefforibus, illis maxime qui deditionis pacta voluerant. Ex contumacibus regiæ majeftati nonnulli funt [1] illic abire juffi. Oliverius vero cum armatis nobilibus quos ex hiis elegerat in arcem profectus, contra regem illam etiam tutari [2] videbatur.

Fol. 20. 2. Rex autem inviĉtiffimus arctiorem longe caftello quam antea fecerat oppido locat obfidionem, circa foffas quæ funt inter oppidum & caftellum ftationibus condigna cuftodia locatis, foras fub ipfam rupem faxumque, quod inftar caftello murorum erat, alios ftrenuos bellatores mittit, baliftas aliaque tormenta demoliendis muris erigi jubet; quæ propter faxofæ rupis duritiem & altitudinem caftelli, quamvis maximæ violentiffimæque forent, aliud nichil agere quicquam nifi quod arcis fummos muros vix tundere potuerunt. Quod animadvertens Anglicus ligneos pontes in vinearum pene morem rotis artificioque fummo, licet profundiffima latiffimaque foffa forent, muris adducit, fub quibus malleis & aliis fabrilibus inftrumentis ad murorum ruinam rupem ipfam & faxum fodiunt, & qui foris ftationes habebant, miles maxime quidam terram fub ipfa rupe terræ cumulans aditum fibi facit ad murum, è quo cum unum & item alium lapidem fæpius extraxiffet, locum fibi prius murum, ubi ruere valeret, pluribus & fociis inde facit: quod ut pluris ifte miles dies & fui comites & focii laboris jam meatum in caftellum feciffent, [3] advententes oppidani lignorum fafciculos, fulfure intro piceque circumlitos, & accenfos cum ferreis cathenis ad Anglicos cremandos ab incepto deterrendos inmittunt, & pari calliditate fodientes ignem repellunt. Nam cum ferreis uncis ignem, fafciculos, ferreafque cathenas educunt: fed igne prædicto labari mœnia incipiunt, & intus in oppido qui pontibus & [4] valleis rupem effodiunt jam muris ruinæ maximum exordium fecerant. Nec erat ulla quies obfeffis; dies noctefque faxa in caftellum ferientia ruere fodique muros fentiunt. A vigilia cuftodiaque jam defatigati fupplices à rege belli pof-

1. Illinc *Ben.* 2. Nitebatur *Ben.* 3. Advertentes *Ben.* 4. Malleis *Ben.*

cunt inducias, agereque de pace velle dicunt. Quas poſt plurimas preces impetrâre. Sic & inter eos convenit, Quod ſi non ad VIII. Idus Februarias ab hac fuerint per ſuos obſidione liberati, caſtellum, Oliverium ejus præfectum, omnes opes Oliverii prædicti, arma, munitiones caſtelli, quicquidque bonorum in caſtello fuerat regi dedent, & quod obſeſſi prædicti libere, inermes tamen, quo volent proficiſci poterunt. Datum & illis id veniæ fuit, quod [1] ad pro ſe liberandis nuncios mitterent. Et caſtellum cum ad ſtatutum tempus nullum ſibi ſubſidium miſſum fuiſſet, libere cum ejus præfecto & omnibus bonis regi deditur. Qui præfectus Oliverius prædictus in vinculis datus [2] arctiſſimo ſervatur, donec hoc ipſum caſtellum, quod in bello plurimum erat labefactatum, ſuis [3] Oliveri propriis impenſis reparatur. Cui alio ſuffecto Præfecto ſic & in oppido tunc ad alia ſe rex victor ſuumque parat [4] excercitum. Fol. 10. b.

Cum Jejunii jam tempus inſtaret, in quo Principi Chriſtianiſſimo jejuniis, obſecrationibus divinis, reliquiſque ſacris operibus inſerviendum erat, ſtatuit quieti corporis obſequioque divino rex per omne Jejunium operam dare, fratreſque ſuos illuſtriſſimos, Thomam Clarenciæ Hunfredumque Glouceſtriæ duces, pro ſe militiæ debellationique contumacium & ſibi rebellium ſtudere, locum eligens hujuſmodi, quod ſi forte caſu quodam alteri fratrum ſubſidio foret opus, poſſit ipſe rei ſemper mederi ſuæ. Fuit hic locus urbs Baiocenſis. Strenuus itaque Clarenciæ dux ad hæc oppida caſtellaque militum cum electa manu debellanda mittit, videlicet Harecourt, Fagnon, [5] Danville, Chambroys, Courtonne, & alia, ipſamque munitiſſimam abbathiam de [6] Bechelluyn & rebellem omnia maxima ſuper oppida. Quæ quidem loca dux ſtrenuiſſimus ad imperium & devotionem regis cum obſidionibus & expugnationibus, tum ſapientiſſimis colloquiis, legationibus & juſtis ſponſionibus ſuis brevi deduxit. Quorum quid in

Harecourt, Fagnon, Danville, Chambroys, Courtonne } taken.

1. Ad ſuos pro *Ben.* 2. Arctiſſime *Ben.* 3. *Sic.* 4. *Sic.* 5. Truville, Caunbreſe, Courtonne, *Ben.* 6. Bekellwyn *Ben.*

quoque loco ſit geſtum quia id exculpere nequivi nunc omittam. Hoc tantum dixerim, quicquid divitiarum, æris, gemmarum, & omnium generum opes precioſiſſimas, quas ex Harecourt viriliter maxima cum virtute jam expugnato ſtrenuus dux depopulatus erat, ſuæ virtutis hanc redditam gratiam habuit de rege, quod ipſius ducis omnia ſua forent, proprios & in uſus converteret ſuos.

Magnanimus autem Princeps Hunfredus Glouceſtriæ dux ad inſulam Conſtantini mittitur expugnandam. Qui ſua in prima [1] profectione caſtellum munitiſſimum ſua prudentia in regiam ditionem recepit; Oppidum & caſtellum de Vire poſtquam mœnia circumſederat, videntes viribus tanti Principis reſiſtere non poſſe, nulla ſubſidii ſpe cum armis & omnibus ſuis bonis pro rege duci fortiſſimo ſe dedidere. [2] Torigny caſtellum vires Anglicas experiri noluit, ſeque duci [3] dedit oppidum Sancti Landi, cujus in ampliſſimis ſuburbiis pro caſtris locati fuerant Anglici. Poſt non multos dies pacem ſua deditione nanciſcuntur. Saint [4] Sauneur le Viſconte caſtellum nullo inſultu expectato Ducis imperio pro rege paruit. [5] Valoignes poſt locatam obſidionem, inchoatos & cuniculos, erectas & alias hoſtiles machinas Principis ſe ſubmittunt imperio. Cepit [6] Briquebec & Nehoo caſtella. Fuiſſet & ad Cæſariburg oppidum ſuper omnia munitiſſimum profectus, quod de ſua provincia tamen expugnandum erat, ſibi niſi fuiſſet ad regem prius redeundum.

de Caudey Stow. Vire caſtle rendred. Torigny caſtle rendred. Town of Lew rendred. St. Saveit le Vicount rendred. Valoignes rendred. Briquebec and Nehoo rendred. Fol. 21. a.

Chriſtianiſſimus autem invictiſſimuſque Princeps Baiocenſem ad urbem inerat, ubi jejuniis, obſecrationibus, divinis ſupplicationibus, piis & omnibus aliis operibus deditus erat cum omni ſuo comitatu, ſine quo regia majeſtas eſſe non poterat honeſte. De ſuo tamen latere fortiſſimum Principem Huntyngdoniæ comitem ad alia loca multa debellanda in devotionemque & imperium ſuum deducenda mittit. Quæ viriliter omnia ſtrenuus comes ad optatum finem, velut illi mandatum fuerat, brevi deduxit.

1. Profectione Cauday caſtellum *Ben.* 2. Torney *Ben.* 3. Dedidit *Ben.* 4. Salvor le Viſcount *Ben.* 5. Valoiges *Ben.* 6. Brekuek *Ben.*

Strenuum

Strenuum & comitem de Warrewyk cum alia militum manu [1] Dompfront ad castellum, situ mœnibusque munitissimum, expugnandum mittit. Erat namque locus in altissima scrupulosaque rupe saxoque durissimo situs cum altissimis muris, ita ut non [2] valistarum jacta saxa, non apportatas ad mœnia scalas, non hostilem ullum aditum timeret. Quod cum fortis prudensque comes cognovisset, statuit tempore, fame, sitique castellum expugnare. Proviso venalium igitur mercato, factisque comeatuum quibusdam providis præfectis, ipse cum suis hiis in locis castra metatus est, quæ magis ad suorum usus reique bonum finem imponendum apta videbantur, & oportuna. Tum excursiones & insidias, in nemoribus hostium comeatui obsidentium frequenter habitas, solertia sua perdomuit & penitus amovit. Non tamen evadere potuerunt famem strenui comitis Anglicæ catervæ. Fuisset & inde infecta re penitus abeundum, nisi comes prudentissimus huic morbo sua prudentia medelam attulisset, & Anglici minoris longe famem quam honoris jacturam minimam duxissent. Ecce dum liberiores Anglicis comeatus redeunt, castelli præsidium fame magis indies premitur, quo fit ut victi ad pacis colloquia veniant, & breviter inter eos ita convenit, quod XI. Kal. Sextilis à suis dominis Gallis hac nisi obsidione solvantur, pro rege comiti imperioque regio se libere dedent. Et cum ad præstitutum diem nullum illis subsidium devenisset, castellum velut fuerat pactum deditur. **Dompfront rendred.**

Dum Cæsarisburgum proficisceretur dux Gloucestriæ strenuissimus, interim ejus præfectus loci ceterique primores illic ad præsidium & custodiam locati pulchre cognoscentes quo sit illis cum Principe res gerenda, milites ex finitimis locis quam fortissimos [3] quamquam plurimos possunt ad oppidum in subsidium societatemque fortunæ [4] que" convocant. Et quoniam ampli [5] Illic erant suburbia quæ locum facilem amœnaque castra [6] præstassent Anglicis, igni cremata, solo æquare turres & mœnia reparare, balistis ceterisque machinis & tor- **Cesarisburg beseiged and rendred.** Fol. 21. b.

1. Dounfrount *Ben.* 2. *Lege*, balistarum. 3. Quamque pl. *Ben.* 4. *Deest Ben.* 5. Illis erant *Ben.* 6. *Sic. An*, præstarent?

mentis munire, pontem quendam pelagi rumpere. Erat hoc oppidum munimento multiplici validum, cujus maris fluctus maximam partem circumfluunt, alias & lata profundaque foſſa circumdatum, muro, frequentibus cinctum turribus. Fluvius groſſus etiam partes quaſdam oppidi caſtellique ambiens tutiſſimum oppidum [1] manibuſque ſuis portum facere, caſtellum ejus ſexdecim pulcherrimis turribus vallatum duplicibus mœnibus propugnaculiſque multiplicibus munitum eſſe. Princeps ipſe primum [2] quam totum adveniat agmen, providos ſtrenuoſque milites loci ſitum & munimenta, quoque aptiori pacto locari poſſit obſidio, quoque facilius premi queant obſeſſi ad oppidi deditionem, exploratum mittit. Qui quamvis inexpugnabilem pene locum eſſe retuliſſent, non tamen Principem retardarunt, quin maxima [3] ſpes potiundi loci ſtrenuiſſimus dux ad oppidum proficiſceretur. Adveniunt duci caſula quædam, reliquis vero circum [4] diverticula, velut aptius erat Principi commodiuſque viſum, evenere. Non tamen omne circum oppidum primùm obſedere. Nam ponte rupto trans fluvium liber Anglicis non patuit aditus. Erant harenæ præterea cumuli ad ipſa loca non minimi, vento inſtabiles, illuc modo modo iſtuc ventorum flatibus agitati, qui non habere ſinebant Anglicos his in locis certa ſtabiliaque diverticula. Mittebantur ad hæc tamen loca vigiliaſque faciendas & cuſtodias per vices frequentes armati milites, pacati nichil extra mœniaque linquerent obſeſſis. Et ne fluvii mariſve liberi quicquam haberent oppidani, in inſulis Gerſey Garneſeyque claſſis valida ſatis armatis pluribus ad hanc obſidionem à magnanimo Principe ſtatim eſt advecta. Jam ad arma concurrunt. Et quoniam locus ubi pro caſtris Anglici locati fuerant planities quædam erat, nullo clivo, nullo auxilio [5] munito, ſaxorum ictibus ex oppido ſemper omnibus locis patens, tanta jactabatur in Anglicos lapidum multitudo, quod nulla quies, nichil ad parandas [6] expugnationes Anglicis tem-

1. *L.* navibuſque. 2. *Ita & Ben. An,* antequam? *Haud aliter ſane conjecit ſcriba.* 3. *Lege,* ſpe. 4. Ruſtica diverticula *Ben.* 5. *Lege,* munita. 6. Oppugnationes *Ben.*

poris & ſpacii dabatur. Quod animadvertens ſtrenuiſſimus Princeps, ſtrenuis quibuſdam equeſtris ordinis militibus negotium dedit, ut obſcura prima nocte ſinguli, tres Anglici de proxima ſilva carpentum honeratum viridi [1] minime groſſiſque palis ad ſuas ſtationes veherent. [2] Et poſt Edictum nocte tantum eſt lignorum allatum, quod adeo latum cum terra ſic & altum aggerem conſtruxere, ut nullos amodo timerent ex oppido ſaxorum ictus. Quod advertentes in [3] aurorem tantum Fol. 22. 2.
oppidani noctu factum operis, in ſtuporem primùm, poſt ad excogitandam aggeris demolitionem dediti baliſtis ingentia ſaxa crebrius incaſſum tamen jaciunt. Erat namque tantus agger, ut hujuſmodi ſaxorum ictus nullo forent pacto timendi. Quod ubi plane noſcunt obſeſſi, novum tormentorum genus comperiunt: globos calibis igne candentes pro ſaxis baliſtis jaciunt, cujus maſſæ tantus ardor erat, ut non modo ligna ſed terram quoque cremarent; brevique maximam aggeris partem demoliuntur. Anglici reficiunt aggerem, aquam meatibus adducunt, & quo melius pacto poſſunt cum reficientes tum aquam ad reſtringendos ignes adducentes munimentum ſuum tutantur: ingentes trabes & à ſilvis per foſſas ad illorum tegenda contubernia, tolerandos & onagrorum ingentes & creberrimos ictus Anglicis devehunt. Quas jam deductas videntes obſeſſi mirandum in modum ſtupeſcunt illas adductas eſſe priuſquam è ſilva pene deduci vidiſſent. Prudentiſſimus & Princeps, cui exploratiſſimum erat niſi fame, ſiti, longaque obſidione victoria ſe non potiturum, [4] vænundorum quæ ad uſum ejus [5] excercitus eſſe poterant omnium forum inſtituit, foſſas [6] aliquas fodit cum ad claudendos ab omni eruptione quos obſidebat, tum ad venditoribus locum tutum præſtandum & vagantibus ſuis interdum [7] quoque mili-

---

1. *Sic in Apographo Bodl. In libris Anglicis,* **he commaunded in the beginninge of the next night, that everie three persons of this hoaſt ſhould bring from the next wood a ſlidd laden with greate ſtakes, and with other greate peeces of greate wood into three lodges.** 2. Et prima poſt *Ben.* 3. L. aurroram. 4. Vendundorum *Ben.* 5. *Sic.* 6. Obliquas *Ben.* 7. Quoquam *Ben.*

tibus.

tibus. Et quoniam omnem ad oppidum aditum fluvius Anglicis prohibebat, convocat ex omni finitima regione foſſores agreſtes, ex alveo ſolito qui [1] fluviatilem aquam ad inſuetum fluxum deducunt. Qui ſemper tamen luna cum ſole conjuncta ſic adeo fluvius ſuperhabundabat aquis, ut ruptis obicibus ad ſolitum alveum rediret. Interim dux ſe cum ſuis parans ad murale certamen, jubet quod quiſquis raſtris agreſtibuſque telis [2] ante ſemper terram jaciens, oppidi completa foſſa tandem armati pergant ad mœnia. Tantus & erat Anglorum ardor [3] ut ipſius oppidi foſſis terræ cumulus adeo creverit, quod altior oppidi longe mœnibus externa terra foret. Concurrunt Anglici, ſed creberrima onagris jactata ſaxa teſtudines ipſas ad hoc groſſiſſimis trabibus contextas [4] conteberant. Nullus & in ipſis terræ cumulus eſſe poterat, niſi qui creberimis à cadentibus [5] ictu onagrorum ex alto ſaxis nullo ſtatim remedio mori volebant. Hinc à propoſito fortiſſimi milites [6] fruſtrabantur. Et obſeſſi dum in caſtra redeunt, Anglici fortiter & in cuniculum, qui nunquam intermittebatur, ad oppidi ruinam mœnium irrumpunt armati, [7] quem ardentiſſime rumpentes vix ab ipſius ruina potuerunt amoveri, ſique non Aloiſius [8] Roobſart, qui Cadomi fuerat proxime præteritos menſes à rege victorioſiſſimo equeſtri militum ordini conſcriptus,
Fol. 22. b. cum nonnullis Anglicis validiſſimum in oppidanos impetum tuliſſet, timendum erat illi permaxime cuniculo. Fatigatique tandem infecta re redeunt in oppidum. Cumque jam fere quinque menſes Cæſarisburgum obſediſſent Anglici, deductique forent ad ipſa prope mœnia cuniculi, coacti tandem vel tœdio longinquæ oppugnationis vel edendi penuria, de pace agere velle dicunt. Et [9] qui munitius illud oppidum ceteris aliis videbatur, quanquam arrogantiſſimi peterent obſeſſi plurimos dies, eſt illis conceſſum, quod ad duos & quadraginta proxime futuros inducias habeant; & ſi dicto præterito tempore non fuerint à ſuis liberati, ſe dedituros promittunt op-

1. Fluviat lam *MS.* 2. Ante ſe ſemper *Ben.* 3. Ut in ipſius *Ben.* 4. Conterebant *Ben.* 5. Jactu *Ben.* 6. Fruſtrantur *Ben.* 7. *Sic.* 8. Robſart *Ben.* 9. *Lege*, quia.

pidum,

pidum, aras, focos, caſtellum, & omnia quæ fuerint illic divina & humana. Datur & obſeſſis ad Delphinum in Aquitaniam mittendi venia qui magnum illic ductabat exercitum, & ad Johannem Burgundiæ ducem qui Pariſius erat cum collecta militum manu. Quamvis & hii duo Principes invicem alter alteri ſibi forent infenſi, tam obſeſſi quam obſidentes tamen eos credebant conjunctis animis ad hoc oppidum liberandum, potius quam paterentur illud in Anglorum quos [1] adenas habebant manus redditum iri, profecturos. Igitur ſtrenuiſſimus dux huic obſidioni præfectus numerum ſuorum reputans non parem hiis quos duos exercitus modo dixi, non oppidum modo verſus ſed & [2] tutum caſtra ſua foſſas [3] ingentis cum altiſſimo latoque deſuper aggere ſic & acutis denſiſque palis impoſito fortiſſimo vallo facit. Plurimas inde ligneas turres conſtrui jubet ad tutanda caſtra ſuorum ab hoſtium incurſibus, ſi forſitan ad hanc obſidionem ſolvendam venerint. Forum venalium rerum in tutiſſimum ducit, quicquid & ad ejus inſtitutumque regium ſuper oppido recipiendo credit oportunum maximo conatu facit. Rex vero victorioſiſſimus jam apud Rothomagum, urbem totius Normanniæ [4] capud, in caſtris ſedens, quoniam illinc habire niſi capta urbe ſuam majeſtatem dedecere credebat, & omnia tamen de fratre, caſtris, & exercitu ſuo [5] porricula tanta Gallorum manus Cæſarisburgum pergat pulchre cognoſcens, ſcribit in Angliam ad quoſdam ejus proceres occidentem verſus, ut ſereniſſimo duci ſubſidium celeriter mittant. Navigant itaque ſecundiſſimo vento naves ad triginta cum delectorum militum duobus milibus. Hii cum in terram deſcendiſſent non ipſum Cæſarisburgi portum, viſis procul eorum lucentibus armis, ingenti corona ſtatim oppidani cum ſupplicationibus immortali deo (tunc opinantes ad ſe liberandos præſto ſubſidia fore) maxima lætitia mœnia conſcendunt. Mox ut in Anglorum caſtra [6] venientis ipſo amice vidêre, gaudium maximum in luctum ingentem convertitur, & publicam ſuæ deſolationis

1. *L.* advenas. 2. Circum caſtra *Ben.* 3. *L.* ingentes. 4. Caput *Ben.* 5. *L.* pericula ſi tanta. 6. *L.* venientes ipſos.

tionis querelam & lamentationem. Tandem cum [1] ad Kal Octobris nullo ſubſidio levati fuiſſent, caſtellum & oppidum, velut convenerat, omnibus fortunæ bonis maximiſque divitiis refertum pro rege ſtrenuiſſimo duci deditur. Qui ubi præfectum præſidiumque commodum locavit in oppidum, ſtatutiſque ceteris, ad locum in devotione regia conſervandum quæ viſa ſunt, rectà triumphans ad inclitiſſimum regem revertitur.

Fol. 23. 2. Cum hæc aguntur in Gallia, Scotorum gens Anglicis ſemper inimica nunc occaſionem abitu regio ex Anglia nacta cum armatorum manu copioſiſſima ſe parant ad finitimorum Angliæ locorum depopulationem, hoſtiliterque regnum ingreſſi quicquid contingunt ferro ignique vaſtâre. Proceres Anglici, quibus ea pars Angliæ quæ vergitur ad aquilonem erat à rege cuſtodiæ delegata, ſtatim armatis ad virûm fortium centum milia fortiter ad Scotos celerimam expeditionem parare. Forte fortuna dux illi [2] Oxoniæ regis avunculus (qui nuper exercitum conſcripſerat ad inſtaurandam militum manum [3] qui viriliter in Gallia bellabatur) ad loca quædam ſacra in illas horas peregre profectus, hujus hoſtilis congreſſionis curam aſſumit. Archiepiſcopus Eboraci quoniam per annos jam gravis equitare non poterat, curru cum reliquis ad aliorum animos confirmandos [4] pugnatum pro patria bonus ſenex proficiſcitur. Inſtructis aciebus Anglico more pergunt ad hoſtes, qui tantas vires timentes in Scotiam in antra ſua rediere. Poſtquam ad aquilonem omnia tuta vident, præfatus dux cum [5] dilecti ſuo claſſe navigans, in Normanniam devenit, & ad regem pergens urbem Ebroicenſem ſub regis imperio redegit.

Ad ipſam regis majeſtatem revertamur. Baioce, velut diximus, in ſacris & piis operibus jejunium & paſcha ſolempniter celebravit. Poſt & [6] Codomium profectus, de more regum Angliæ Georgii martyris ferias ſolempnes habuit. Poſt & Rothomagum cogitans ad ipſum Normanniæ caput & primum locum, quamvis de Cæſarisburgo per ipſius regis fratrem & caſtello [7] Domfront per comitem

1. Ad III. Kal, *Ben.* 2. Exoniæ *Ben.* 3. Quæ *Ben.* 4. *Ita etiam Ben. L.* pugnaturos. 5. *L.* delecta ſua. 6. Cadomum *Ben.* 7. Dounefrount *Ben.*

de Warrewik obſeſſis non minimum ſollicitus eſſet, primum oppida quædam munita in ipſa via Rothomagum recipere ſtatuit. Quinto igitur Idus Junias à Cadomo cum omni quem paravarat ad id exercitum ad Lociberis oppidum rectà profectus, mœnia caſtris cingit, exercituque ſuo ſtationibus cuſtodiiſque locatis, quamvis turribus, triplici muro, baliſtis, ſcorpionibus, ceteriſque pro tutandis mœnibus innumeris pene tormentis munitum eſſet, brevi foſſorum fulminantibus in ripis ex oppido creberrimis baliſtis & ſcorpionibus ſaxa innumeraſque [1] gagittas Anglici ſibi caſtra locant tectaque conſtruunt. Immo teſtudine quadam dum alii cuniculos vel ad demoliendos muros vel clam ad intranda mœnia fodiunt, maxima pars foſſas complentes rotis ſemper ad oppidum appropinquabant. Oppidani vero ſæpius è portis patentibus in ipſa caſtra viriliter erumpentes magnas duraſque pugnas edunt, ſed poſt plurimas cædes & vulnera mutua non ſuſtinentes Anglicas vires, in oppidum ſemper redire compulſi. Una dierum cum ex illa teſtudine ſibi timerent jam appropinquare [2] eorum & oppugnationem, ultro magnam muri [3] portam ruunt, rectaque cum impetu valido totis viribus ad ejus excidium machinæ properant, ubi virtus enituit eorum, quippe maxima. Sed Anglici ex omnibus caſtris convolant, rem ſuam tutantur, tandem & oppidanos unde venerant maxima fuga non ſine tamen pluribus prius vulneribus mutuis redire compellunt. Poſt vero nonnullos dies oppidani videntes operibus Anglicis in horas ſe magis premi, regemque nullam obſidionem incaſſum cuivis quamvis munitiſſimo loco locare, nec [4] nullum eventum præter victoriam illum ab inſtituto retrahere, clementiam potius regis quam ultimum belli finem ſtatuunt experiri. Agunt cum rege de pace, taliaque pacta conveniunt, quod ſi ad VIII. Kal. Julias ab hac obſidione per ſuos liberati non fuerint, [5] oppidum

Lociberis, i.e. Louars } Veilded.

Fol. 23. b.

1. L. ſagittas. 2. Peſtem eorum *Ben.* 3. Partem *Ben.* 4. Ullum *Ben.* 5. *Ita & Ben. Sed lege,* oppidani.

cum caſtello libere regi dedent, [1] præſidium loci regiis ſtipendiis quibuſdamque legibus inter eos habitis per aliquot tempora ſub rege militabunt, oppidani locum incolent pacifice ſub regis devotione, ſalvis ſuis omnibus bonis nulla per Anglicos præda vel injuria gaudentes. [2] Baliſtani vero ceterique qui tormentis ſaxa [3] jecerent in Anglicos [4] affigerentur cruci. Cumque ſtatuta dies advenisset & nullum [5] obſido ſubſidium, [6] utriuſque pacta ſervantur. In hac obſidione Cardinalis de Urſinis ad regem ab duce Burgundiæ legatus venit. Nichil tamen inter eos convenit, niſi quod à rege donatus & plurimum honeſtatus ad ducem rediit.

Inde rex, quod citaciori gradu fieri potuit, ad ſcilicet x. Kal. Quintilis cum ſuis regiis legionibus ad obſidendum [7] Pontdelarche profectus. Quod oppidum interfluit Sequana medium, cujus nullo ponte, nulla navi poterant Anglici ad ulteriores naves meare. Sic & media loci pars ab obſidione libera remanebat. [8] Et etiam turris quædam in fine longi pontis validiſſima, quæ ex altera parte fluminis Gallorum turmas recipiens in pontem & è ponte in oppidum ad caſtellum ad Anglicos emittebat. Quo factum eſt, ut plures à Gallis in regium exercitum impetus fierent, qui non ſine mutuis vulneribus in oppidum pluribus redire cogebantur, & eo crebrius in Anglicos irrumpere, quod ex altera fluminis ripa ſubſidii plurimum undique ferebatur indies. Hinc fuit, quod aliquantulum temporis mutuis certaminibus ab utriſque obſidentibus & obſeſſis interponeretur. Rex vero, cui oppidi potiundi nulla ſpes erat, niſi circum caſtra quæ præ fluvio non poterat oppidi mœnia metaret, naviculas quaſdam ab oppidanis ultro in fluvio ſubmerſas à nandi
Fol. 24. a. peritis longis groſſiſque funibus colligatas multorum viribus emergi jubet. Et ne ſuorum conſiliorum ab obſeſſis quicquam intercipi [9] queant, apud abbathiam de [10] Bonport, ubi nonnulli è primoribus exercitus ſui di-

1. **And the garriſon of that place ſhoulde ſerve the kinge a certaine time for his money after the cuſtome there uſed** *libri Angl.* 2. L. baliſtarii. 3. Jecerant *Ben.* 4. Affigentur *Ben.* 5. Oppido *Ben.* 6. Utrinque *Ben.* 7. Pontlarche *Ben.* 8. Eſt etiam *Ben.* 9. *Lege,* queat. 10. Boumport *Ben.*

vertebantur, lintres naves è viminibus contextis corio bovum ſuperimpoſito fieri mandat, quibus in aquam dejectis milites ejus ad aliam Sequanæ ripam navigare queant. Et ut melius tutiuſque liceat per Gallorum turmas, qui flumen ex altera ripa tutabantur, ad tertiam Nonas ejuſdem Quintilis de quadam turri per ignem ſigno dato de Clarenciæ duce, comites & proceres, quibus alterius obſidendæ partis oppidi provincia mandato regio veniebat, armati cum ſuis turmis omnes ad hanc abbathiam conveniunt, eadem hora ſcilicet noctis ante ſolis ortum longe nandi periti plurimi, velut eis imperatum erat à rege, procul ab oppido pluſquam tria milia paſſuum clamore valido maximoque tumultu fluvium ingrediuntur. Nec trans medium tamen [1] nactâre. Gallorum armatæ [2] faulanges ad impediendum Anglicis tranſitum citatiſſimis pervolant equis. Interim dejectis in [3] aquam victribus vinis & item alius ad alteram fluminis ripam applicant. Et cum jam Anglicorum non parvus numerus ad ulteriorem ripam deveniſſent, fraus hoſtilis omnis & quid actum eſſet innotuit Gallis, qui quaſi ſignis collatis cum hoſtibus pugnaturi quodam in rure ſuas acies inſtruunt. Sed ubi vidêre, magnam jam Anglicorum manum in eam ripam quam Galli conveniſſe, ſatius eſſe ducunt ſe fugæ quam pugnæ committere. Tunc & Anglici pedites liberam hoſtibus equitibus fugam permittentes, ad eam potius quam dixi munitiſſimam turrim & oppidi reliquam medietatem obſidendam imperio regio quam illos inſequantur proficiſcuntur. Quæ ſimul ac feliciter evenere, ad genua ſtatim devotiſſimus rex inmortali deo gratias egit. Et quia ſua caſtra Sequana dividebat, quorum ſi cuipiam parti alterius ſubſidio foret opus, præ fluvio dari non poterat, eodem artificio rex quadris fabricatis lintribus inter utraque caſtra flumini pontem injicit, per quem alteris alteri cum fuerit oportunum ſubſidium allaturi tute trans aquam meare poſſent. Tunc oppidani qui ſe circumcinctos vidêre, nullum utpote ſubſidium quaſi ſperantes à ſuis clementiam regis

1. Natâre *Ben.* 1. *Lege*, phalanges. 3. Aqua lintribus unus & item al. *Ben.*

experiri ſtatuentes ad colloquium veniunt. Et inter regem & ipſos ſic convenit, quod infra quindecim dies obſidione ſi non liberentur, oppidum cum caſtello ſimul in manus & ditionem regiam dedent. Qui cum adveniſſet ſtatutus dies, videlicet XIII. Kal. Sextilis, & ſubſidium ſibi nullum attuliſſent Galli ceteri, caſtellum & oppidum regi dedunt. Et hic primus fuit Sequanæ pons in regiam deditionem qui devenit.

Pont de Larche yeilded.

Fol. 24. b.

Invictiſſimus rex ut primum Sequanæ pontem habuit liberum, [1] ne ullum flumen vel aqua ſuum amplius præpedire valuit iter, omni qua fieri potuit maturatione Rothomagum proficiſcitur. Cujus hic eſt ſitus. In campo juxta montem locata, mœnibus urbs groſſiſſimis & [2] latis profundiſque foſſis circumdata. Sequana præterea fluvius fluxu refluxuque urbem pene totam circumfluit. Eſt & ejus caſtellum urbis ſupra cetera validiſſimum. Urbs ampla, comeatibus, civibus, militibus maximoque præſidio munita. Cui tormentorum genus nullum deerat, omnium ſed ingens copia. Scorpiones [3] pravi, grandes, & maximi, arcus, onagri, baliſtæ multiplices in mœnibus, in portis, in vicis habebantur. Tum miſſilium, ſagittarum, ſaxorum habundantia maxima. Tribulos & plurimos extra mœnia ferreos ſeminaverant. Tabuliſque confixos clam ſub [4] erbis vel ſtramine leviter opertos ad equorum & hominum pedes vulnerandos in ipſa via qua venturus erat Anglicus ponunt. Erat & in ſummo clivo templum abbathiæ beatæ Katerinæ dedicatum munitiſſimum, quod in urbis amicitia mutuis pluribus beneficiis cum urbe frui valebat, ſuburbiaque urbe longe pulcriora templis & eccleſiis refertiſſima timentes cives ne receptacula forent Anglicis, ad ipſos & oppugnandos amœniſſima commodiſſimaque caſtra igni cremata cum ipſis phanis & delubris ad terram omnia proſtrata ſolo æquarunt. Ad hanc igitur urbem rex victorioſiſſimus ad III. Kal. Sextilis advenit. Occurrunt cives & omne loci præſidium, collatiſque ſignis maximam diei partem viribus ter multa cum virtute ab utriſque ſtrenuiſſime pugnatur.

1. Nec *Ben.* 2. Altis tum latis *Ben.* 3. Parvi *Ben.* 4. *Pro*, herbis.

tur. Poſt denique multas cædes & multa vulnera ſic adeo Galli premuntur ab Anglicis, ut mœnia victi cogantur ingredi. Rex inde ſtativa locat in hunc modum. Ipſe cum procerum multitudine florenteque juventute prætorium ſuum ad urbis portam, quæ vulgo Sancti Hillarii dicitur, erigi jubet. Clarentiæ dux ejus frater ad portam de [1] Caux cuſtodiam habet. [2] Oxoniæ dux ſuus avunculus ad Beauvicine portam ad portam vulgo caſtelli dictam. Comes Mareſcallus ad portam de Martyvill. Comes Warwici ad montem illum ubi validiſſimum illud abbathiæ beatæ Katerinæ templum. [3] Comes Sarum trans Sequanam vero comes Ontyndonniæ plurimos hoſtium impetus ubi ſuſtinuit prætoria caſtraque cum ſuis quiſque locant. Et ne per fluvium hoſtilis aditus & exitus haberetur ab urbe, quas pro tempore valuit prudentiſſimus princeps armatas armatiſque viris refertas naves advehi fecit, quas urbani tum cives tum milites triremibus & aliis navigiorum generibus citatiſſimis remis aggrediuntur, ſed ab Anglicis velociores quam eruperant illæſa ſua nova pro tempore claſſe redire coguntur. Et quia dimidiata caſtra Sequana faciebat, pontem ligneum cum longiſſimis groſſiſſimiſque palis quam citiſſime conſtruit Anglicus, ut cum libeat & opus ſit, cum equis & jumentis ad alteros alteri poſſint accedere. Qui ne pons forte lædatur ab [4] hoſtibus navibus groſſiſſimis ferri cathenis in utramque ripam extentis valide munitur. Itaque hoſtibus ad illum nullus aditus relinquitur. Ad hujus inde rex cuſtodiam pontis alias quaſdam naves advocat, [5] quæ [6] per pontibus urbis ad hunc quoniam navigare nequibant, plurimorum viribus è fluvio protractas per ipſos campos & ſiccam terram ad optatum locum protrahi jubet, & in Sequanam iterum deductas remigio denuo, rudentibus, ceteriſque navigiis oportunis paratas pugnatoribus repleri pontis Fol. 25. a.

1. Causſhe *Ben.* 2. L. Exoniæ, *ut in Ben.* 3. **The Earles of Salisburie and Huntington were lodged uppon the other ſide of the River of Seene uppon whome there enemies made aſſaults, iſſues and skirmiſhes** *libri Anglici.* 4. Hoſtilibus *Ben.* 5. *Ita & Ben. Sed* quas *ſupra lin. in Apogr. Bodl. ab ipſo nimirum ſcriba.* 6. Præ *Ben.*

fluviique

fluviique cuſtodiam habere jubet. Hujus & invictiſſimi Principis affinis & conſobrinus rex illuſtriſſimus Portugalliæ claſſem validam ad Sequanæ fauces, omne ſubſidium urbi ſi forte per maria claſſe veniret excluſuram, mittit. Et ne fortaſſis [1] hic fame vel ciborum inopia premeretur, comeatuum ex Anglia refertiſſima claſſis Rothomagum eſt advecta.

In urbe ſtationes hoſtes excubiaſque condignas locant, & ubi plus Anglicarum virium locatas vident, ibi plures & meliores milites contra ponunt. Turres & mœnia propugnaculis tormentis cujuſvis generis, ſaxis, miſſilibuſque muniunt. In Anglicos baliſtis grandiſſima ſaxa, ſcorpionibus maximis ingentes letaleſque ſagittas jaciunt. Sæpe patentibus portis erumpunt & collatis ſignis cominus ſtrenue pugnas honeſtiſſimas ingerunt. Haſtas, miſſilia, ſaxa volantia congredientes equites, cadentem illum, illum vulneratum, alium ligari vidiſſes. Quociens tamen erupere, maxima ſemper denique fuga ſunt in urbem compulſi. Sed dum illos ad hoſtia portarum inſequerentur Anglici, [2] baliſti ſaxa, ſcorpionibus ſagittas è mœnibus in hoſtes jacientes Galli, virorum plus ipſo quam in prœlio vulnerant, lædunt, & occidunt. Erant & erecti pro mœnibus onagri, quibus in aërem ejecta ſaxa ſuper Anglorum diverticula cadentia tecta ruebant & ædes, obſidentibuſque quietis nichil habere ſinebant. Tunc rex baliſtarios peritiſſimos cum ſuis baliſtis in hoſtiles onagros ſaxa jacere mandat, qui tali paulo poſt artificio machinas has interrumpunt.

Abbathia vero tam munita circum erat obſeſſa; non tamen inter illam & urbem miles dum obſidens erat quiſquam, unde mutuus ipſis erat & urbi conſenſus, mutua ſubſidia, colloquia mutua, quibus in longum magis inſtitutum regis differrebatur. Quod animadvertens Princeps prudentiſſimus electos quoſdam ſtrenuos milites obſcuriſſima nocte locum inter templum & urbem adire jubet, delatiſque lignis ceteraque materia ædiculas validas ſatis ipſo clivo priuſquam dies advenerat con-
Fol. 25. b. ſtruxere. Sed ubi primum per lucem hoc palam videtur

1. Hic exercitus fame *Ben.* 2. Baliſtis *Ben.*

obſeſſis,

obſeſſis, illic plurima durioraque prœlia fuere. Quoniamque locus iſte plurimum rem dilaturus erat, alia quadam nocte paratis ſcalis ad ipſius delubri muros armati plures Anglici trans foſſas congrediuntur. Vigiles autem ſeu plurimum officioſi ſeu confricatis armis ſonitus ad eorum aures advenerat conclamant, "Ad arma." Concurritur undique, mœnia ſcandunt, ſaxis miſſilibuſque ſe tutantur, & à propoſito fruſtrati milites Anglici revertuntur. Poſtea vero loci præſidium, quibus ſubſidium ab urbe quocunque erat excluſum, ſibi timentes, regis clementiam experiri ſtatuunt, ad colloquium veniunt. Cui ſimul ac cum ipſis regi convenit, locus libere deditur.

Rex ipſe die noctuque ſingulorum curam habet, plurimas hibernas noctes longiſſimas inſompnes habuit; vigilias & ſtationes obiens corrigenda corrigit, providenda providet, quæ deſunt inſtaurat. Nichil eſt in eo denique negotio cujus ipſe curam non habeat. Et quoniam audiverat nonnullos de ſuis temeritate quadam à ceteris adeo diſtantia diverticula cepiſſe, quod exterius hoſtibus faciliter prædæ paterent, & ſi neceſſarii fuiſſent ſociis ſubſidio tarde venirent, publice proclamari jubet, quod quicumque ſuus miles infra limitata certa loca diverticula capiat, nec ſine regia vel venia vel imperio tranſvagari quiſpiam audeat. Unde factum eſt, ut melius in unum qui fuerant aliquantiſper Anglici diſperſi colligerentur. Et dum forte ſtationes rex viſeret, duos ultra ſtatutos limites vagantes conveniens, nulla mora laqueo in arbore altiſſima ſuſpendi juſſit, quorum malo ceteri milites imperio regis magis edocti de cetero cunctis in rebus paruere. [1] Omnique copioſus eſſet hic exercitus, & illic plures menſes manendum, omnium venalium forum inſtituit, & cum armatis militibus è locis regis tute ſecureque comeatus in caſtra portabantur, ſed inſidiantur hiis mercatoribus & militibus ſæpius Galli, qui fortiter ab Anglicis capti ſimul omnes interdum ipſorum primores ad regem in caſtra deducuntur. Alios quoſdam occaſionem nactos qui non procul à caſtello de

1. *Lege*, Cumque copioſus.

Cnilbeſe

Cnilbeſe quibuſdam civibus ultra Sequanam navigantes comeatus[1] in Anglicos milites inſecuti fuerant cum maxima victoria captos ad unum omnes ad regem deducunt. Oppidum de Candebeke conſulens inde ſibi benivolen-
Fol. 26. 2. tiamque regis quærens cum ſua majeſtate fœdus icit, quod ubi Rothomagum in manus regias venerit, ſe ſtatim & ipſum obſidione nulla expectata regi dedent. Ecce victor ſtrenuiſſimus princeps Glouceſtriæ dux capto Cæſarisburgo cum militum valida manu ad regem[2] veniens ingenti lætitia receptus, urbis obſidendæ partem habet à rege decretam, qui poſt eadem obſidione in hoſtes præclara plurima geſſit. Jam Delphinus[3] illuſtriſſimos proceres & antiſtites reverendos Cadomum ad agendum de pace mittit. Eodem contra plurimos & illuſtres oratores rex ad id quoque legat. Qui partis utriuſque legati poſt plurima ſic inter eos convenere, quod oratores Karoli ad Henricum regem ſuper tanto negotio proficiſcerentur. Et eſt ita poſt receptum Rothomagum factum. Qua de re quum illuc venerimus plenius dicemus.

Armeniacorum interim comes per ducis Burgundiæ clientes & factioſos Pariſius occiditur, & ſui plurimi, non modo viri ſed plerique mulieres & pueri, miſeranda cæde perempti. Cujus comitis primogenitus per legatos paciſci cum rege velle viſus eſt, & ad devotionem regis devenire, ſed in caſſum brevi res evanuit. [4] Antiſtes urbis obſeſſæ vicarius contra regem & omnes obſidentes excommunicationis ſententiam tulit. [5] Ejus rei mercedem hanc dignam retulit, quod in urbis deditione ſic inter cetera fœdera inter regem & cives convenit, ut vir iſte temerarius regi deditus, in vinculis & miſeriis vitam finiret.

Poſt multas & anxias incluſorum curas, poſt tantas creberrimaſque pugnas timentes cives ne fame premerentur edendique penuria, pauperum & utilium minus maximam populi multitudinem indies extra mœnia communi conſenſu (priuſquam ciborum major penuria civi-

1. Et Angl. *Ben.* 2. Venit. Is ingenti *Ben.* 3. Legatos illuſtriſ. *Ben.* 4. Antiſtitis *Ben.* 5. Cujus *Ben.*

tatem

tatem opprimat) abire compellunt. Rex autem illos in urbem, aliquantiſper tamen prius cibo refectos, regredi cogit. Creſcebat magis in dies fames, deditaque fuiſſet urbs, niſi dux Burgundiæ adverſarii Karoli Pariſius qui curam habebat, literis & nunciis illis oportunum ſubſidium, & non ipſe modo ſed quotquot in Gallia Principes erant & domini polliciti fuiſſent. Quo factum eſt, ut univerſa civitas cum omnium ſtrepenti ſonitu campanarum, quarum nullam per totam obſidionem prius ſonari perpeſſi fuerant, inmortali deo gratias agentes cum ſolempnibus ſupplicationibus urbem circumirent. Fol. 26. b. Quæ ſimulac nota regi fuerunt omnia ſua circum caſtra luſtrat viaſque quibus hoſtes ſe verſus congredi valent. Mox ad ea loca foſſas ingentes, latas, & profundas & ad ipſos latos campos fodi curat, cum groſſis & altis aggeribus, pulcherrimis validiſque vallis ſuperpoſitis, & ligneis frequentibus turribus, cum baliſtis, ſcorpionibus, & arcubus pene innumeris. Ut nullus in exercitum ſuum impetus inopinatus fieri queat; quum & urbi ſubſidium advenerit, ne cives cum eorum præſidio fortaſſis erumpentes illis Anglicos inde prementibus, iſti quoque non minus premant inter urbem & caſtra, foſſas alias profundas cum aggere fortique vallo fieri jubet. Sic & urbem magis premens ſibi etiam & caſtris ſuis prudentiſſimus Princeps in omnem eventum conſulit. Civitas inde fame laborat indies magis. Ita quod equos primum in viros diviſos, canes, inde cattos, mures, ſorices, & quicquid [1] cibos eſſet poterat edendi penuria comedunt, ut omnis cibus jam denique defuit. E fame morbus civitatem invadit. Cadunt domi per vicos in templis & in foro. Moritur filius in faciem parentis, & ipſam matrem infans fame moribundam conſequitur. Quibus admoniti malis, communi ſingulorum conſenſu, veluti qui nullam jam ſpem præterquam in regis clementia habebant, ſtatuunt, quod ex ipſis primores & prudentiores lugubri veſte [2] lamentalique voce ad regis clementiam impetrandam in caſtra vadant. Ii mandato regio in caſtra deducti, poſt & ad regem, qui ſuis & proceribus

1. L. cibus eſſe poterat. 2. F. lamentabilique.

ornatu [1] ſedens illos præſtolabatur, adveniunt civitatis legati. Quibus mox dicendi poteſtate data legationis Princeps ſic verba facit: "Maxima fortunæ vis eſt in "utramque partem, invictiſſime [2] clementieque regum. "Quondam ſemper totius Normanniæ capud & Prin-"cipes divitiis, honoribus, & primatibus apud omnes "honeſtati ſumus. Inter & omnes Gallias civitas una "noſtra de felicioribus numerabatur. [3] Modò, fortaſſis "culpa noſtra, ſed [4] æque & bono quæque fecimus, ut "qui fidem noſtro ſolito Principi tutaremus, nunc fame "perimus, equos jam noſtros omnes, canes, cattos, mu-"res, ſorices comedimus. Filius matrem, parens liberos "præ fame languidos ad terram ſingulas horas cadentes "vident. Hei miſeriam! ſupreme deus, quod hoc pec-"catum tantum noſtrum! Fertur & illud idem: non "dubitamus, affirmas, hanc tibi patriam hereditatis jure "deveniſſe, tuaque te nunc viribus, armis, & jure repe-
Fol. 27. 2. "tere. Nos autem hujuſce rei judices eramus; plurimos "& plurimos annos hiis Principibus ſervivimus. Hos "veros credebamus, ſed nos fefellit opinio. Nam af-"flicti populi quem ſuum dicebant nichil eos iſta miſeria "movet, non noſtri miſericordia flectuntur, latent in "tectis mulierum ritu & nos fame perimus. [5] Cogimur, "clementiſſime Princeps, tuam clementiam implorare, ſi "patriam [6] hanc ducis miſereat [7] populi tui, nobis ignoſ-"cas victis & jam pene mortuis. Sin ira nunc quoque "manet, & in nos quid ſtatuis gravius, ſatius eſt miſeris "nobis hac una famis labe Rothomagenſem populum, "quam diverſa peſte ominari. Horreo quæ irati victores "captis urbibus facere ſoleant. Hic unus quondam to-"tius Normanniæ & ſolus oculus fuit. Hæc totius Gal-"liæ, pace ceterarum dicam, de melioribus urbibus una "fuit. Quam ſi penitus deles, delebis autem, in nos ſi

1. Regio ſedens *Ben.* 2. *L.* clementiſſimeque. 3. **And nowe (peradventure for our ſynns) we periſh by fampne. Notwithſtandinge we have ſuffered this puniſhment for a good and licible cauſe, that is, to ſave and defend our oath to our prince accuſtomed**, &c. *libri Angl.* 4. Ex æquo & bono *Ben.* Bene *pro* bono *ſupra lin. in Cod. noſtro, à manu ſcribæ.* 5. Cogimur, inquam cogimur, clem. *Ben.* 6. Hanc tuam ducis *Ben.* 7. Te pop. *Ben.*

"quid

" quid inclementius ſtatuis. Viribus vales, & noſtri mulierum ritu inter ſe litigantes in domibus, in tectis, in longis [1] cogit inter delicias altercantes vivunt. Pone tibi longam continuamque victoriam, viribus & metu populos reges. Sed quoad illis deleti Rothomagi memoria fuerit, animus in te bonus & tuos quamquam formidoloſus Gallis ullis eſſe non poterit. Pacem petimus, pro pace ſupplicamus. Scimus victoris eſſe pacis conditiones dicere, quas abs clementia tua clementiſſimas expectamus. Nos armis viciſti, vincas & animum tuum Princeps clementiſſime, velut & in armis omnium illuſtriſſimus haberis, ſic & in omni clementia & humanitate clementiſſimus dici velis." Ut finem fecit, rex qui conſtantiſſime legati dictis fuerat intentus, nec ullo quicquam motu vel geſtu irati monſtraverat [2] iniquam, clementer & graviter in hunc modum reſpondet: "Maxima, viri Rothomagenſes, ab hiis, quos ſolitos vobis Principes nominatis, eſt nobis & noſtris illata injuria, quam apud illos & omnem pene terrarum orbem amiciter expoſtulavimus, nec deorum nec hominum fuit apud [3] nos quos juſtitia noſtra moveret. Inde per omnes [4] ſapientes, univerſitates, & ſtudia fere de jure tituloque noſtro bene conſulti arma cepimus. Nobis deus, ut videtis, & juſtitia noſtra favet, &, velut in eo ſpem habemus, favebit indies magis. Non alienum ſed [5] quos noſtrum eſt petimus & uſurpamus. Fame peritis, hoc nunquam deſideravimus, vos & civitatem veſtram florentem potius, ditem, fauſtam, & felicem, quam hiis afflictam ærumpnis vellemus. Vos cauſa mali, vos cauſa famis, & hæc pervicacia veſtra, vos tot [6] tala mitoſorum peſtis cauſa fuiſtis, pro quibus immortali deo rationem reddere debetis. Quænam hæc veſtra ſuperbia, dites ô primores Rothomagi, fuit, ut egentium velletis numeroſam plebem fame mori potius, quam cujus eſt hæc urbs vero & juſto Principi redderetur? Non hujuſcemodi rei judices eratis. At tot urbes, tot armis à nobis oppida Fol. 17. b.

1. Togis *Ben.* 2. *Sic.* 3. Vos *Ben.* 4. Sapientum *Ben.* 5. Quod *Ben.* 6. Calamitoſorum *Ben.*

"capta, tot loca, ſciebatis tociens nos ſignis collatis adverſarios profligaſſe. Non hæc ſunt juſtitiæ ſigna? Nichil amputatis ad deum nichil quicquam de humanis rebus pertinere? Verus eſt ipſe profecto rerum noſtrarum & juſtus judex, qui nobis juſtitiæ complementum miniſtrat & integerrime miniſtrabit. Proin noſtra ne vos ſententia lateat, ſi noſtra nobis redduntur, ſi vos imperio noſtro parere, ſi voſmet condigna propter delictum veſtrum luere vultis, parata vobis eſt clementia noſtra, Rothomagenſes, voſque de tantis anguſtiis levabimus,& ſubſequentibus operibus bonis in nos dignaque devotione veſtra de vobis condignam [1] curiam habebimus, brevique ſperamus quod ad priſtinam & felicem fortunam devenietis; ſin aliter eſtis animati, venia pœnitentibus & non pervicacibus eſt eroganda viris."

[2] Cum bona venia regis in urbem revertuntur, convocatoque civium & præſidii militum conſilio, regis ſententiam exponunt. In quam ad unum omnes ob famis acerbiſſimum morbum pedibus vadunt. Maturеque cum pleno mandato rurſus ad regem ad fœdus feriendum in caſtra legati mittuntur. Quibus poſt multa rogata & dicta ſic cum rege convenit,Quod ſi Gallorum potens & valida manus ante diem XIIII. Kal. Febr. regem & exercitum ſuum ab hac obſidione non amoverit, urbem, caſtellum vel arcem, ſe, cives, milites, & omne loci præſidium, delubra, templa, lares, aras, & focos, & omnia Rothomagi, divina & humana, regi dedent & regiæ voluntati. Cautum eſt de duobus tamen [3] antiſtitis urbis, videlicet illo vicario, qui contra regem excommunicationis ſententiam temerarie tulerat, ut ſcilicet in vinculis regi plectendus daretur, qui poſt urbis deditionem, ut dictum eſt, in tenebris & carcere miſere vitam finivit, & alio quodam Alano Blaunchard, qui ſtatim dedito Rothomago cruci eſt affixus. Promiſerunt & inſuper cives Rothomagenſes pro [4] tanto precio [5] pertinaciæ, quod infra brevem quemdam ſtatutum terminum regi ſolverent ſcutorum trecenta milia Gallicæ monetæ, quorum duo

1. *F.* curam. 2. Tum *Ben.* 3. *F.* antiſtitibus. 4. Tantæ *Ben.* 5. Suæ pert. *Ben.*

precii

precii sunt unius nobilis Anglicani; quodque post urbem deditam ubicumque rex velit sibi ædes ædificare possit, & si quorumpiam ædes propter novam fabricam demoliendæ fuerint, vel pecunia vel in alio loco per regem digna compensatione data contententur. Quæ postea regia maximis fundamentis est inchoata inter castellum & Sequanam ad aliam fortassis arcem munitiorem ad arcendos cives, si quando fortassis deficere desiderarint, si vixisset diutius, construendam. Ad quæ firmiter persolvenda simul & credenda, de primoribus civitatis octuaginta vades regi dedere. Sic & cum statuta dies advenisset & subsidio nullo fuissent levati, regi promissa servantur. Fol. 28. a. Roan yeilded.

Patentibus portis ducum, procerum, aliorumque comitum grandi caterva stipatus victor rex urbem & castellum tingreditur. Sed ne fortassis ad prædam de suis quisquam discurreret, Præfectos per urbis quarteria prohibendis injuriis & rapinis primùm instituerat. Ipse vero afflicti populi commiserescens, suis domesticis & familiaribus, ut multitudini ciborum opem afferre studeant, imperavit. Qui maxima comestibilium erogatione clementi multitudinem ab inferis pene revocarunt, tum [1] ad primum comeatus curam clementissimus Princeps præ ceteris rebus haberi jubet. Non tamen ad quindecim dies fames sic mitigari potuit, quin morbus civitatem continuus aggravaret. Post autem ubertas & sanitas habentur in urbe. Talesque prudentissimus Princeps illic Præfectos constituit, quod brevi pristinum ad gradum civitas deducta est.

Oppidum de Candebeke, velut sibi prius cum rege convenerat, post deditum Rothomagum statim deditur. Nec hoc oppidum modò, sed quotquot in agro Rothomago propinquo tanquam parentis sequela regi devotionem & fidem præstant. Strenuus equestris ordinis miles nobilissimus Guydo Butilere in urbe Præfectus obsessa regi fidelitatis jusjurandum præstitit, [2] ex in suæ majestatis vir & esse voluit. Constitutis & ad hoc fidelitatis jusjurandum recipiendum præfectis victoris regis, maxima brevi multitudo ad regiam devotionem devenit. Ab- Candebeke yeilded.

1. Et *pro* ad *in* Ben. 2. Exin Ben.

bates,

bates, præſules, & loci ſacerdotes, qui regiis ducalibuſque privilegiis potiti fuerant, continuas indies Henrici victorias videntes, cui adeo fauſte feliciterque ſic omnia ſuccedebant, velut qui de deo cuncta regi data credebant, diuturnum ejus imperium ſperantes, ſibi ſolita regum privilegia confirmari ſupplicant. Gratioſus Fol. 28. b. vero princeps antiquas progenitorum ejus illis immunitates confirmat. Quæ vero ſunt illis conceſſæ poſt hanc ſibi de jure devolutam hereditatem irritas facit penituſque reſpuit. Utque tam afflictam urbem aliquantiſper ſublevaret, cameram [1] compotorum illic totius Normanniæ [2] earum [3] ſuum omnium vectigalium eſſe voluit. Turrem & quandam munitam ultra caſtellum conſtruit, ut è turri fortaſſis ad caſtellum, è caſtello ad regiam ad civium animos, ſi quando deficere deſiderarant, refrænandos arcem unam longe magis munitam tandem faceret.

Dum hæc in urbe ſic ſtatuit & regit prudentiſſimus rex, proceres interim ſuos ad oppida circum finitima cum validis florentibuſque legionibus recipienda mittit. Strenuiſſimus frater ejus Clarenciæ dux hæc in regiam poteſtatem brevi deduxit: [4] caſtellum de [5] Gaillon juxta Sequanam ſitum; oppidum de Vernon in Sequanæ littoribus ſitum, & variis mirandiſque munimentis munitum; oppidum de Mante; caſtellum de Bandemont, & alia plura loca. Comes Sarum cum aſſignatis ſibi catervis & militibus oppidum de [6] Hunflent, oppidum de [7] Monſtier ville, quod ab Harifluvio capto per propinquum ei ſemper in iſtam diem inimicatum ſibi fuerat, oppidum de Eu, oppidum de Gournay, caſtellum novum, & omnia propinqua loca regis [8] inimici.

Gaillon caſtle
Vernon town
Mante town
Bandemont caſtle } won.
Hunflent town
Monſtier ville

Dux Britaniæ plene cognoſcens à rege recepta Normannia ſe locaque ſua bellorum non incommodo parvo ſubiturum, ſecuri reditus de regia majeſtate ſibi comita-

1. Computorum *Ben.* 2. L. ærarium. 3. Sc: ſuum *Ben.* 4. Munitiſſimum caſt. *Ben.* 5. Galyon *Ben.* 6. Hunfleue *Ben.* 7. Moſter de villers *Ben.* 8. Inimica *Ben.*

tuique

tuique ſuo data prius fide, cum quingentis equitibus pluribuſque muneribus Rothomagum ad regem proficiſcitur, qui cum omnibus ſuis maximis regiis impenſis refectus benigneque receptus, poſt multa inter ſe familiariter amiceque collata, tandem induciarum fœdus iciunt, quod eorum neuter neque gens vel ſui milites alteri alteriuſve Principis gentibus, militibus, vel locis bella moveant, nec in futurum moveri ſinant, niſi per illum qui moturus ſit arma prius indictum bellum ante ſex menſes fuerit. Quo ſic, ut fertur, ſolenpniter icto fœdere, cum bona regis venia ſuam in Britanniam dux illuſtriſſimus rediit.

Legati Karoli Delphini, velut apud Alenconium convenerat, cum pleno paciſcendi mandato Delphinum obligandi in ejus & animam jurandi ſolenpniter edito Rothomagum ad regem veniunt, qui pacem potius cum aliquali Jurium ſuorum diminutione quam bellum cum plena receptione ſuæ hereditatis affectabat. Idcirco poſt hinc inde petita Karoli legati cum rege paciſcuntur, ut ad quandam ſtatutam diem Delphinus ad oppidum de Dreux, rex autem ad urbem Ebroicenſem diverticula ſumant, inde locum medium ex utriuſque ſententia pro pace ferienda, ubi Princeps uterque pacifice conveniant, electuri. Rex ipſe pacta prædicta ſigillo ſuo firmat & munit, jureque jurando ſine dolo malo ſervare promittit. Quæ ſic è contra Karoli legati faciunt ſigillis, & in animam ipſius Delphini jurejurando ſine dolo quoque malo ſervari præſentia pacta promittunt. Poſt hæc ad eorum dominum [1] præfecti legationem [2] mutuaque pacta retuliſſent, ſumma viſus affici lætitia Delphinus hæc eadem pacta ſuo ſigillo munita regi remittit. Rex ſtatuto tempore cum proceribus ſuis & jocundo militum comitatu in Ebroicen profectus prudentes viros ad hæc inſpicienda loca quibus uterque Princeps melius æquabiliuſque conveniant ſpeculatum mittit, ſed Delphinus malo conſilio functus regem fruſtratus ad locum ſibi ſtatutum non venit. Tunc & infecta pace ſic fruſtratus à Delphino rex infeliciores hac perfidia ſuos adverſarios futuros ratus,

Fol. 29. 2.

1. *L.* profecti cum leg. 2. Initaque *Ben.*

ad

ad oppidum de Vernon ad Pafchales ferias folempniter habendas & circumfinitima loca recipienda proficifcitur.

Castle of Ivery yeilded, Hinc cum electiffima militum manu illique comite Marefcallo fereniffimum ejus fratrem Humfredum Gloucestriæ ducem ad oppidum & caftellum de Yvery mittit ad obfidendum, quod multa poft inde mutua certamina multa cum vi, ftrenuitate, virtuteque maxima tandem oppidum expugnavit. Caftellum vero adeo fitu munitum in fummo clivo cum obliquiffimis in afcenfum viis erat conftitutum, ut vim magis obfidentibus inferre poffe quam ab ipfis pati putaretur. Tamen præ continuis ducalibus infultibus fatigatum loci præfidium [1] cum ipfam permaxime ftrenui Principis virtutem timentes, ad diem 3. Iduum Maiarum pro rege duci [2] deditur. Comes de Warwik caftellum de Roke litoribus in Sequanæ fitum fuper omnia munitiffimum obfidione, cuniculis pluribus mutuifque certaminibus affatigatis caftellanis, pro rege recipit. (and castle of Roke.)

Fol. 29. b. Illuftriffimus interim Princeps Johannes Dux Burgundiæ, cui à Gallis Karoli dicti Regis, ob ejus Principis malam valetudinem, cura commiffa fuerat, quique dux cum Delphino in gratiam jam redierat, ut prudentiffimus ad fua ftabilienda, magis Henrici regis potentiam, virtutem, tot frequentefque victorias fecum reputans, literis & internunciis, cum invictiffimo quoque rege gratiam quærit. Tandem & efficit, quod Anglicus illuftres fapientiffimofque legatos ad oppidum de Provins, præfatus ubi Karolus & Burgundiæ dux per id temporis divertebantur, mitteret. Cujus legationis [3] rei Princeps comes Warwik, auctoritate, virtute, confilioque peroptimus, bello vero ftrenuiffimus, ad ducentos equites cum electiffimis Anglicis iter ingreditur. Quo in itinere longe major manus in infidiis latens Anglicos præftolabatur, ut infecta pace ftrenuum comitem & hujus legationis Anglicos ceteros interciperent. Ad quarum cum infidiarum locum deveniffent, en ex infidiis in Anglicos concurritur. Comes autem licet virium nichil quoad

1. Tum *Ben.* 2. Deduntur *Ben.* 3. Regiæ Princ. *Ben.*

illos

illos plurimos Gallos habere videretur, ſuos tamen ex equis ad terram proſilire jubet, & in hoſtes fortiter viriliterque pugnare. Qui ſic animo forti convolant in pugnam, ut pauci plures quibus [1] locati fuerant inſidiæ inſidiatores prædam affectantes in prædam ceperint. Qua potitus victoria Comes illuſtriſſimus præmiſſis ad ſuos iſto in prœlio captivis ad Provins legationem regiam expoſiturus proficiſcitur. Qui cum ad prænominatum Karolum regem & ſereniſſimum Johannem ducem Burgundiæ [2] deveniſſe, magnifice munificeque recepti, velut illuſtriſſimi tanti Principis oratores, vulnera proximo recepta prœlio curantes, muneribus blandiſque verbis, quantum per Gallos fieri poterat, dolore levabantur. Tandem dicendi legatis poteſtate data poſt multas [3] utriuſque perſuaſiones ſic conveniunt, ut quibuſdam ſtatutis temporibus Henricus Angliæ Karoluſque præfatus cum [4] conjuge Franciæ dicta regina duceque Burgundiæ ſimul ad diem, locum ſtatutum quendam ad agendum de pace convenirent. Pro quibus firmiter obſervandis comes Sancti Pauli & Burboniæ ducis heres filius, ſibi prius ab Anglicis ſecuri reditus data fide, cum aliis multis ad Henricum regem oratores legatique veniunt. Tunc rex omnem à ſuis & Karoli legatis rem edoctus ſic cum adverſariis convenit, Quod ad pridie Kal. Junias Anglicus in oppidum [5] Mante, Karolus & Burgundiæ [6] ad oppidum de Pontoiſe diverticula ſumerent, locus vero medius eſſet ad oppidum de Meulene juxta Sequanam huic negotio commodus. Fol. 30. a. Ad quem neutra pars cum pluſquam militum duobus millibus & quingentis perveniret. Quod & interim induciæ belli firmæ certiſſimæque forent, ſic & poſt [7] hoc utriuſque ſtatim locum tantorum ad Principum conventum parare duoque medius inter oppida locus inter duas foſſas limitatus, quas nullus niſi cujus intereſſet ingrederetur. Et Sequanam verſus hinc Anglici tentoria frequentes pulcherrima cum auro plurima liliis, leopardis, variiſque intertextis figuris erigunt. Inde Galli ſuis itidem cum tentoriis urbis pulcherimæ

1. *An*, locatæ? 2. Deveniſſent *Ben.* 3. Utrinque *Ben.* 4. Ejus conj. *Ben.* 5. De Maunt *Ben.* 6. Dux ad *Ben.* 7. Hæc utrinque *Ben.*

caftra metantes fpeciem efficiunt, & inter duas foffas regiis erectis duobus tentoriis, in quibus Principes ipfi cum viris prudentibus & fapientibus agere tanta fuper re fecretis tutifque colloquiis poffent. Et ut utriufque regis dignitas fervaretur & obfervantia digna, palus ipfa quidem in media planitie confixus, ad quem nec ulterius alter alteri regum occurrat. Quæ fimulac funt edita ftatutaque dies advenit, Henricus rex cum literarum omniumque divinæ & humanæ fapientiæ viris peritiffimis, antiftitibus & aliis facerdotibus, qui tanta pro re pactifque pacis feriendis digni confultores effent, & cum fuo militum duum milium & quingentorum comitatu, armis auro veftibus argentoque intertextis mirandum in modum decoro [1] Mante ad oppidum pergit. Karolus vero quia per id temporis fua folita valetudine laborabat ftatutum locum non advenit. At ejus fereniffima conjunx & Johannes illuftriffimus Burgundiæ dux cum aliis fui generis regii multis eximiifque Galliarum omnium proceribus & duobus militum milibus atque quingentis ad oppidum Pontoife, & utrique poft ad dictum ftatutum medium locum adveniunt. Anglicus rex Gallorum, ut dicunt, reginæ prius, inde Katherinæ filiæ virgini pacis ofculum dedit, quod fine rubore virginis effe nequivit. Tunc & Burgundiæ dux cum omni obfervatione Principi Dominæ porrecta dextera, fimul & rex cum puella & reliquis in unum tentorium, ubi de re publica defideratæ pacis agere poffint, conveniunt. Quo in loco quid ab ipfis præponeretur quoniam ad optatum finem res non devenit, impræfentiarum omittetur; fed totum fere diem Kal. Junii, fic & diem Nonarum itidem ad Idus mutuis continuifque fuper pace colloquiis trivere. Fol. 30. b. Idibus autem extra dictum claufum locum Anglorum acies inftructæ [2] præ fofforum littoribus haftis & militaribus fignis à rege manere juffæ. Quod tam ipfos quam Gallos non admiratione minima complebat, nec quifpiam prædicere fcivit quid portenderet regis ordinatio nova. Sic ad diem XVI. Kalendarum Quintilium ad confuetum colloquium cum Principes conveniffent,

1. Maunt *Ben*. 2. Præ foffarum *Ben*.

tantam

tantam mollium ciborum & regalium unicuique copiam in eam planitiem rex inviĉtiſſimus afferre juſſit, ut Gallici milites omnes & Anglici fuerint habundantiſſime refecti. Nec ad iſtam diem paxne an bellum eſſet futurum quicquam certi vulgabatur, nec per totum ſextum Kal. quo [1] volint conſueverant die Principes ſimul convenere. Poſt & inter Anglicos rumor increbuit, quod Delphinus inſidias ad impediendam pacem pararet, ſed regem ab inſtituto tamen deterrere non potuit. Medio tempore Delphinus cum Burgundiæ duce nuntiis & literis plurimiſque pollicitationibus agit, quod ipſe dux nullus & ex clientibus ſuis & ſequacibus paci ſtudeat vel conſentiat. Quod impetratum cauſa fuit ut hiis in per maximum dolum & contra fidem datam à Delphino crederetur. Sed ad quinque Nonas Quintilis qua convenire debebant Rex ipſe locum, Gallorum autem nullus neque regina neque dux conſtitutum adiit. Quamobrem plane patuit omnibus hanc pacem non propter Anglicos ſed ob ipſos Gallos infectam relinqui. Sic & ex omni conventu prædicto nichil evenit quicquam boni, niſi quod viſæ regiæ Katherinæ quædam amoris flamma Martium regem tunc primum accendit.

Dum hæc aguntur Rothomagi nonnulli defectionem ab Anglicis tentavere. Quod poſtquam inviĉtiſſimo Principi primum innotuit, è regiis proceribus nonnullos ad [2] hanc mittit conjuratos, qui diligenter inquirerent, inquiſitos captoſque, velut erat æquum, capite dampnarent. Hiique regio mandato civitatem conjuratione conjuratos dampnantes liberarunt. Poſt ad regem revertuntur.

Ad III. Kal. Sextilis inviĉtiſſimus Princeps per omnia ſua loca publice proclamari jubet, inducias belli nullas eſſe, quoniam & ejus animus in ſola Normannia non occluditur, Pontoiſe oppidum recipere deſiderat, quo intercepto Pariſius ad primam & omnium Galliarum principem urbem ſibi facilior ſit, nec ab ullo flumine præpediatur aditus. Milites igitur ad id negotii quos [3] eligerat duas in partes dividit, & eorum primam ma- Fol. 31. 2.

1. Velut Een. ut ante *conjecerat ſcriba.* 2. L. hos. 3. *Sic.*

num cum ſcalis artificio miro conſtructis poſt meridiem ex oppido Maunte exire jubet, hoc nulli niſi præfecto cognito negotio, clauſis & inde portis mœnibus neminem exire permittit, ne quovis pacto res ad hoſtium notitiam deveniret. Horum imperat præfecto, quod obſcura nocte clam ad Pontoiſe mœnia tendant, & ſi forte vigilum excubias neglectas ſentiant, tum cum major occaſio dabitur ſcalas muris erigant, mœnia conſcendant, oppidum capiant, majorem & armatorum aliam manum in ſubſidium primis ſub [1] cooperta nocte mittit, quibus præfecit [2] illum ſtrenuum comitem . . . . Mox ut oppido ſunt egreſſi, fores occluduntur, quas ſic rex prudentiſſimus clauſas tenet, quoad [3] hujus rei qualis exitus evenerit ſciri poſſit. Adveniunt tetra nocte primi, procul ab oppido ſuos & equos, ne propter eorum hinnitum ſe voluntatemque ſuam oppidanis aperirent, relinquunt. Ipſi vero pars in foſſorum alveis latitatum cum ſcalis, pars in [4] vinctorum propter oppidum puteos vadunt, qui ſic omnes totam noctem taciti prorſuſque muti præ cuſtodibus mœnium officioſis manent. Advenit ipſa dies, [5] mittantur excubiæ, quo fit ut cuſtodibus deſerta mœnia maneant. Tunc occaſionem nacti ſcalas erigunt Anglici, muros conſcendunt. Quos ut oppidani vident in fugam mœſti vertuntur. Poſt & militum Anglicorum patefacto tam parvo numero recipiſcentes aliquantiſper oppidani captis armis in unum omnes in hoſtes impetum faciunt, & adeo gravem impetum, ut Anglicorum pars magna mœnia linquat. [6] In terres nonnulli fugiunt, & multi mortis metu è muris in foſſas deſiliunt. Infregerant tamen ante portam, qua [7] ingreſſus erat Anglicus, ita quod claudi nullo pacto poterat oppidani priuſquam arma ſumerent. Ecce comes cum reliquis ſuis laborantibus ſubſidium audito tumultu citatiſſimis equis ad oppidum tendit, quem ut vidêre læti magis ardenter pugnant Anglici, major & metus oppidanos invadit, qui [8] nullam majorem vim expectantes

1. Crepera *Ben.* 2. Illuſtriſſimum ſtrenuumque comitem Warewicke. Mox *Ben.* 3. Hujuſce *Ben.* 4. Vinetorum *Ben.* 5. Mutantur *Ben.* 6. In turres *Ben.* 7. Ingreſſurus *Ben.* 8. *Ita & Ben.* Multam *conjecit ſcriba.*

omnium

omnium ſuarum rerum immemores in fugam vertuntur, liberum & vacuum oppidum linquentes. Cujus rei finis optatus ut certior regi defertur, convocatis [1] antiſtitibus quos ſecum habebat, omni clero ceteroque populo & militibus, qui ſecum in oppido Maunte remanſerant, lætus immortali deo gratias agens cum ſolempni ſupplicatione totum oppidum hunc hympnum decantantibus *Te deum* [2] *laudamus.*

Poſt & aliquot dies rex victorioſiſſimus hoc oppidum Pontoiſe cum omni ſuo regio comitatu ingreditur. Inde poſt nonnullos alios clariſſimum ejus fratrem Clarenciæ ducem delecta militum manu Pariſius ad ipſam ceterarum urbium in Galliis principem mittit, ubi per aliquantum temporis invitis civibus & qui regebant illos cum permanſiſſet hoſtiliter expectationis longæ tædio, licet obvium cum armis nullum conveniret, ad regem revertitur. **Pontoiſe taken.** Fol. 31. b.

Ad xv. Kal. Septembris rex inclitus ex oppido Pontoiſe cum omnibus ſuis legionibus egreditur. Et quia diu [3] caſtellum [4] Bokyndevillers circumfinitimis regiis terris hoſtilia crudeliaque quædam nuper & immania exercuerant, ut ipſos à ſævitia ſua [5] exerceret non procul ab eo caſtra locat, aliquot inde legiones ad ipſum expugnandum mittit, quæ ſic præſidium ejus & incolas terruerunt, ut de ſua ſalute deſperantes caſtellum cum omnibus pecuniis & bonis regi dederetur, & illic cujuſdam nobiliſſimæ dominæ precibus omne præſidium inermes & incolæ ſine bonis, ſine pecuniis illinc abire permiſſi. Quo dedito ſimul omnia circum oppida finitima nullo prœlio, nulla militum obſidione regi potius parere quam incerto Martis eventui [6] voluere. **Caſtle of Bokyndevillers yeilded.**

Non tamen oppidum munitiſſimum Giſors, cujus oppido longe munitius caſtellum erat duplici muro cinctum, non maximis modo foſſis ſed irriguis valde paludibus, regis imperio parebat. [7] Ad hoc expugnandum rex ipſe cum ſuis legionibus pridie Kal. Septembris pergit, & cum **Giſors yeilded.**

1. Antiſtibus *Ben.* 2. *Mox poſt* laudamus *Ben. habet* peragravit. 3. *F.* caſtellani. 4. Rokinvilliers *al.* 5. Coërceret *Ben.* 6. Subjici voluere *Ben.* 7. Ad quod exp. *Ben.*

caſtra

caſtra [1] circummeatus eſſet, acerba prœlia illis erumpentibus hiis ad oppidum congredientibus hoſtiliter [2] invita fuere. Non vis hoſtilis, non machinæ, non tormenta, baliſtæ, ſcorpiones, arcus, onagri cædibus vulneribuſve temperabant. Denique loci præſidium cum oppidanis ſtultum rati tot viribus tantæque potentiæ tam diu reſiſtere, ſimul omnes unanimes agi de pace volunt, & cum rege paciſcuntur, ad VI. Idus Septembris hac à ſuis oppidum obſidione, caſtellum vero quia longe munitius ad [3] III. Kal. Octobris hiis anguſtiis ſi non leventur, regi libere dedent. Ad quos cum nullum [4] dies ſub-
Fol. 32. 2. ſidium apparuiſſet, Anglicis pacta ſervantur. Cujus oppidi præſidium & oppidanorum pars maxima in regis devotione præſtito fidelitatis regi jurejurando cum bonis pecuniis ſuis illic remanſere.

Dum hæc aguntur dux Burgundiæ, qui prius amicitiam gratiamque regis quæſiverat, allectus Delphini pollicitationibus in inſtituto ſuo non perſeverat. Et cum ad caſtellum [5] Monſtereau, ubi per id temporis divertebatur Delphinus, ad quædam inter ſe ſuper eorum reconciliata gratia deque re publica aditus reditusque ſecuri ſibi prius à Delphino data fide, profectus eſſet, contra fidem & jus gentium à præfato Delphino cæſus [6] inmaniterque ſpoliatus & nudus in puteum dejectus eſt. Cujus filius heres Philippus Burgundiæ dux poſtquam tanti luctus certos nuncios habuit, cum ſuis omnibus clientibus, amicis, & ſequacibus habito diligenti conſilio intermiſſam invictiſſimi regis gratiam quærere ſtatuit, & ex primoribus Pariſienſibus illuſtres oratores tam Karoli dicti regis, quam Philippi ducis ad regem Henricum in oppidum Giſors inducias belli petentes, ad agendum de pace fœderibus & inter regem & ducem iciendis veniunt. Rex benigniſſime legatos liberaliſſimeque recipit, reficit, & recreat. Quibus auditis deſideratæ pacis ſpem non eripit, inducias ſed nunc belli penitus denegat duci Philippo, ſuam gratiam ſi cum bonis operibus quæret, illam ſibi facilem fore pollicetur,

1. Circummetatus *Ben.* 2. Inita *Ben.* 3. VIII. *Ben.* 4. *Lege,* ad dies. 5. Moſtreau *Ben.* 6. Inmaniter ſpol. *Ben.*

non

non tamen à bello ſuis & apparatibus belli ſe divertit.

Sed ex Maunte ex exercitu ſuo tres parat obſidiones. Dux Glouceſtriæ ſtrenuiſſimus frater ejus cum valida manu ſtrenuiſque compluribus militibus ad validiſſimum caſtellum, quod vulgo Sancti Germani nominant, vadit. Fol. 32. b. Quod & inſultibus pluribus pluribuſque prœliis dux ſtrenuiſſimus brevi pro rege recipit. St. Germans yeilded. Aliam inde manum rex ad caſtellum de [1] Montjoye, quæ viriliter multis cum certaminibus, inſultis, & pugnis dedere ſe brevi ſereniſſimæ regis majeſtati cogit. Castle of Montjoye yeilded. Alia vero manus ad oppidum de Mulane proficiſcitur. Erat quippe ſuper omnia inviƈtiſſimum, in inſula quadam inter irrigua Sequanæque brachia ſitum. Ad quod oppugnandum niſi per pontem neque navibus propter creberrimos infixos palos proficiſci nemo poterat, groſſiſſimis altiſſimiſque muris oppidanis & maximo peregrinorum militum præſidio munitum. Magnanimus rex illatis multis colligatis navibus caſtella quædam lignea fabricari jubet, quæ militibus completa fortiſſimis ad mœniaque navibus deducta viribus tandem oppidum expugnarent. Hæc quidem caſtella priuſquam perfecta forent ſic oppidanos locique præſidium terruere, quod eorum præfectus de communi conſenſu ſingulorum precibus regem molliret de paceque ſecum ageret, ſic & regi denique paciſcuntur quod à pridie Kal. Novembris hac à ſuis obſidione ſi non liberentur oppidum ipſum munitiſſimum in regis poteſtatem & ditionem libere dedent. Quæ cum dies nullumque præſidium oppido veniſſet, velut pactum erat oppidum regi deditur præſidium cum [2] tuto comeatu. Mulane yeilded. Quicunque & illinc exire [3] volint abire permiſſi. Oppidanorum vero magna pars fidei jusjurandum victori regi præſtitere. Tribus obſidionibus prædictis & munitiſſimorum locorum receptionibus rex quanquam in Mante diverterit, maximis tamen ſollicitiſque curis angebatur. Immo ſingulos fere dies cum paucis comitibus ſingula ſuorum caſtra viſitavit, auxilio [4] de certiſque ſuis ſubſidium afferens. Eodemque tempore Karoli dicti regis Philippique

1. Montoie *Ben.* 2. *Ita & Ben. Sed* toto *ſupra lin. in Cod. noſtro Bodl. è conjectura ſcil. ſcribæ.* 3. *Sic.* 4. Decretiſque *Ben.*

Burgundiæ

Burgundiæ ducis & civium Pariſienſium illuſtres oratores Maunte ad Henricum regem ſuper concupita pace ſecum acturi veniunt. Sed quia maximis belli negotiis
Fol. 33. a. animus regius intentus erat, & non credebat illos ſatis ad pacem quamvis illam tociens peterent inclinatos, [1] illic finem non habuit optatum, qui poſtea fuit in urbe Rothomago totus abſolutus. Nunc ad alia tranſeamus.

Erat & aliud caſtellum quod Normanni de Gaillard nominant. Hoc [2] qui ſine munitiſſimum videbatur contra regis propinquas terras incolentes hoſtilia multa violenter inferebat. Cujus hujuſcemodi ſitus erat. In litore Sequanæ ſuper inacceſſibilem collem denſiſſimis mœnibus circumdatum. Viros præterea multos non modo ſtrenuos, ſed & arte [3] geometra peritos ad machinas cum pro ſua tutela tum ad obſidentium excidia conſtruendas habebant. Inſuper & tormenta cujuſvis generis & machinas innumeras. Nichilque deerat illi quod oppido munitiſſimo foret expetendum. Nec comeatus aut quod ad hominum vitam utile foret & commodum. Quæ quamvis invictiſſimo Principi ſingula perpulchre nota forent, illuſtriſſimum Exoniæ ducem ejus avunculum cum armata validiſſima manu tam munitum ad oppugnandum caſtellum mittit. Qui ſtatim juſſu regio circum caſtellum caſtris cingens aditum exitumque caſtellanis claudit. Caſtellani contra vim viribus repellunt & ſæpius inferunt. Anglicus vero non fodiendis cuniculis, non in agendis inſultibus, non incluſorum eruptionibus fatigari poteſt. Quod animadvertentes obſeſſi jam ſeptem fere menſes regios milites labore nullo defatigari, ſed promptos & recentes indies magis, circumque finitima ſe tandem oppida regiæ majeſtati dediſſe; poſtquam hac ſuper re ſecum omnes inter ſe caſtellani conſuluere, velut qui ſubſidium nullum ſperabant, conſtan-
Caſtell Galliard yeilded. tiamque regiam in obſidendis urbibus & oppidis noverant, ſaluti ſuæ poſt longiorem obſidionem timentes, ad v. Idus Decembris pro rege duci ſe reddidere. Rex

1. Res illic *Ben.* 2. Quia ſibi mun. *Ben. Sed* quia ſane mun. *conjecerat Rad. Jennynges.* 3. *F.* geometrica.

vero

vero liberaliſſimus quicquid pecuniarum & bonorum in caſtello fuerat præ magnis ejus in obſidione laboribus victori duci dono dedit.

Inſtabant pro nataliciis Chriſti religioſiſſimæ maximæque feriæ, quas rex Chriſtianiſſimus in urbe Rothomago colere ſtatuit. Et ne dum religioni deditus erat, intermiſſione belli major hoſtibus animus eſſet, ſibi duces ad eos interim oppugnandos ſubſtituit. Comitem illuſtriſſimum Sarum ad oppidum de [1] Freſveyſins infeſtiſſimum Anglicis viribus expugnandum mittit. Cujus præſidium & oppidani ſimulac circumſeſſi fuere, quamvis dies noctesque primum ab eruptionibus non ceſſarent, non tamen diu vires Anglicas ſuſtinentes oppidum comiti pro rege dedidere. Fol. 33. b. Town Freſveyſins yeilded.

Illuſtriſſimis comitibus Mareſcallo & Huntyngdonenſi [2] Cenomannica mandato regis oppugnanda provincia venerat. Quod ut armatorum innotuit exercitui maximo, qui pro Delphino illic delectus fuerat, poſtquam Anglici provinciam ſunt ingreſſi, bonis Principibus ab armatis [3] occurritur. Pugnatur [4] utriuſque dura pugna diraque cæde. Sed pro patria mortis Anglicorum parvus aut nullus metus. Gallorum tantos & eorum ſolitos primos impetus [5] ſuperat, Gallos cædunt, truncant, mactant, & capiunt. [6] Anglici autem Principes quam ſibi rex invictiſſimus dederat in ea provincia victores remanent. Cenomania won.

Dum iſtis ſuper crebris victoriis rex invictiſſimus immortali deo gratias agit, Rothomagum ad ipſum Karoli dicti regis & Philippi Burgundiæ ducis illuſtriſſimi oratores ad agendum de pace veniunt. Quibus honeſtiſſime receptis rex ipſe, [7] ve bellorum deſolationiſque [8] pata cauſa dici poſſit, illuſtriſſimum comitem Warrewik cum antiſtitibus, juriſconſultis, ſapientibuſque pluribus & armatorum valida manu cum pleno mandato ſuper iciendo fœdere patrandaque pace, quoniam Principem illum pace belloque peroptimum noverat, ſuis & regiis diſciplinis eruditum, legatos ad præfatum Karolum & Phi-

1. Freſny *al.* 2. Cenomania *Ben.* 3. Et hoſtibus occurritur *Ben.* 4. Utrinque *Ben.* 5. *An* ſuperant, *ut* Anglici, *ſubintelligatur*? 6. Et Angl. Principes *Ben.* 7. Ne *Ben.* 8. Patriæ *Ben.*

lippum ducem remittit. Hic ad Burgundum, quia propinquior erat, profectus una cum ducis exercitu nonnulla caſtella, quæ factionis Armeniacorum erant, debellâre. Poſt recta Trecas ad urbem, ubi ſereniſſimus Karolus, ejus conjunx, & ſereniſſima Katerina virgo eorum filia divertebantur. Mox poſt refecta curataque corpora conſilium pacis inierunt. Poſtque multos dies ſolertes utriuſque labores inter Karolum & Henricum pax evenit & affinitas. Connubium videlicet caſtiſſimæ virginis Katerinæ ſereniſſimæ & Henrici regis invictiſſimi. Sed quoniam nonnulla videbantur, quibus duorum regum cum propter apponenda regia [1] regia, tum ob futurum
Fol. 54. a. conjugium opus erat præſentia, quoniam & Karolus gravi valetudine ſæpe laborabat, & erat ſenior valde, ſic inter ipſos convenit, quod Henricus cum armatorum quanta velit manu, quadam ſtatuta die Trecas ad prædicta complenda veniat. Ad quam Trecarum urbem dicta die ſi non venerit, omnia pro infectis habeantur. Sed quia [2] invictiſſimi pontes erant intermedii, per quos regius exercitus venturus erat, videlicet Charenton & Nogent, ipſorum Anglicæ poteſtati libera cuſtodia conſignatur.

Hiis [3] ita conventis clariſſimus comes ad regem invictiſſimum reverſus & ſcriptis & coram [4] quæque pacta ſunt narrat & exponit. Rex vero quamvis victor & fortunatiſſimus pacem quam bellum & ejus victorias creberrimas pluris faciens, milites ſuos è pluribus urbibus & oppidis [5] attiri jubens, ad oppidum Pontoiſe omnes præſtolatur. Mox cum imperio regis omnes ſtrenui milites paruiſſent, ex oppido in agros ſuos omnes educit. E quibus, velut ſui moris ſemper erat, tribus inſtructis aciebus & alis duabus Trecas verſus ad VIII. Idus Mayas iter habet, & per oppidum, quod Sancti Dioniſii nomen ſortitum eſt, ad muros urbis Pariſius in campo floridum ejus exercitum in civium conſpectu luſtrat. Poſt in provinciam, quam de Brye Galli nominant, profectus, hoſtile quoddam caſtellum viribus expugnat. Cujus caſtellanorum cruci quoſdam affigit, quoſdam ſecum ca-

1. *L.* ſigilla. 2. Munitiſſimi *Ben.* 3. Itaque *Ben.* 4. *An*, quæcunque? 5. Acciri *Ben.*

ptivos

ptivos ducit. Inde per oppidum de Provins & oppidum quod Nogent dicunt ſuper Sequanam ſitum Trecis appropinquare cœpit. Quod ut ſcire potuit Philippus Burgundiæ dux, cum grandi procerum & equitum comitatu victori regi cum primoribus & urbis obviam veniens, majeſtatem ejus cum ſumma obſervatione ingentique gaudio recepit.

Rex igitur inviĉtiſſimus cum Anglicis & Gallis urbem ingreſſus ad regiam Karoli, qui ſe præſtolabatur, recta vadit, & illic eſt honeſtiſſime moribus & humaniſſimis verbis & geſtis receptus. Karolus enim per id temporis ſua valetudine, qua ſola laborabat, ad tempus parumper levatus erat. Inde rex inviĉtiſſimus cum maximo comitatu ſuum in diverticulum vadit. Partitur urbs. Medietas habitanda Gallis, Anglicis [1] & hoſpitandis alia medietas aſſignatur. Et quia locus Anglicos omnes non capiebat, inter urbem ſuburbiaque murus ad omnes in unum habitandos [2] diruit. Multa prudenter à rege [3] ſuorum ſalutem decreta fuere, quorum unum quod non multi fortaſſis fieret, quia ſcriptum & non ſine cauſa comperio, in ſcriptis quoque redigendum puto. Fortiſſimum & fumoſum vinum, & quippe multum [4] Trecanus ager habet, quod communis naturaliſque potus nec uſitatus eſt Anglicis, quorum ſaluti conſulens rex piiſſimus edicit, ne quis bibere vinum non limphatum audeat. Nunc ad majora pergamus. Fol. 34. b.

Quoniam, ut dictum eſt, invalitudine ſæpe Karolus laborabat, qua rem publicam, ſe, ſuaque regere nequibat, Iſabellæ reginæ, Philippo Burgundiæ duci dum ad tempus valuit una cum ſuo concilio poteſtatem dedit, omnimodam infraſcriptas in conditiones pacem iciendi paciſcendique cum Henrico rege pro ſe regnoque [5] Franciæ, ſic & in ipſius animam Karoli jurandique [6] ferienda pax ſine dolo malo per ſe, ſuos, & heredes, & ſucceſſores Henrico, ſucceſſoribus, heredibuſque ſuis plene ſervabitur. Promiſit & ipſe Karolus in verbo regio jurans per ſe, ſuos, & heredes ratum & firmum habiturum,

1. Iu hoſp. *Ben.* 2. *F.* diruitur. 3. In ſuorum *Ben.* Ad ſuorum *conjecerat Rad. Jennynges.* 4. Valde Trec. *Ben.* 5. Suo Franciæ *Ben.* 6. *An*, quod fer.?

quicquid per sereniſſimam ejus uxorem Iſabellam reginam & Philippum Burgundiæ ducem hac in pace iciendoque fœdere factum, promiſſum, & concluſum fuerit.

Ad diem igitur XII. Kal. Junii, Karoli regis anno quadrageſimo, Trecis in epiſcopali templo Henricus rex invictiſſimus cum sereniſſimo ejus fratre Thoma Clarenciæ duce, & reliquis ſuis Principibus, Ducibus, Comitibus, proceribus, equeſtris ordinis militibus, ceteriſque ſuis nobilibus, Antiſtitibus, humani divinique juris conſultiſſimis, [1] & ſacerdotibus pluribus & Iſabella sereniſſima regina cum duce Burgundiæ pro sereniſſimo rege Karolo, ſuis & propriis nominibus, cum conſilio Caroli regis & omnium Galliarum concione magna, quam ſæpe diximus Parliamentum nominant, tribus videlicet ſtatibus, ut crebrius uſurpant, nobilibus, clericis, & populis, pacem inter duo clariſſima regna Franciæ & Angliæ [2] icierunt, & ictam ſequentibus cum conditionibus approbaverunt.

Fol. 35. a. Eadem die Karoli regis binæ ſigillo regio Franciæ literæ datæ ſunt, quibus Karolus rex pacem factam eſſe declarabat ſuis omnibus in regno Franciæ Principibus, proceribus, Præfectis, baillivis, [3] &," ut eorum verbo loquamur, militibus, antiſtitibus, ſacerdotibus, civibus & oppidanis, quam ſub pœna læſæ majeſtatis pacem ſervent ſervarique curent, eodemque pacto in manibus Henrici regis Angliæ Regentis & Franciæ ſervandam illæſam inviolandamque jurent.

Mox Iſabella regina Franciæ Philippuſque Burgundiæ dux nomine Karoli regis, velut ab eo ſuoque conſilio in mandatis habuerant, in animam præfati regis ad ſacra dei evangelia per ipſum & ſucceſſores ſuos & heredes jurant, Pacem tunc inter duos reges duoque clariſſima regna conventam & pactam cum ſingulis conditionibus infraſcriptis imperpetuum ſervare, ſine dolo malo ſervari facere.

Idem jusjurandum nominibus propriis Iſabella regina Philippuſque Burgundiæ dux Henrico regi, ſuis & heredibus & ſucceſſoribus præſtitere.

1. Viris & *Ben.* 2. Fecerunt, icierunt, *Ben.* 3. *Deeſt Ben.*

Juravit

Juravit pro se Burgundus in hanc formam: "Ego "Philippus Burgundiæ dux [1] per meos & heredes ad sa-"cra dei evangelia Domino Henrico regi Angliæ Fran-"ciæque pro Karolo rege regenti juro, quod humiliter "ipsi Henrico fideliterque cunctis [2] in rem publicam "spectant & Franciæ coronam obediemus. Et statim "post mortem Karoli domini nostri regis domino Hen-"rico regi suisque successoribus in perpetuum ligei fi-"deles erimus, nec alium quempiam pro domino nostro "suppremo Franciæ rege quam Henricum & suos he-"redes habebimus neque patiemur. Non erimus præ-"terea in consilio vel consensu cujusdam damni regis "Henrici suorumque successorum, ubi quicquam detri-"menti patiantur capitis, imperii, membri, vel vitam "perdant. Prædicta quantum in nobis fuerit quam ci-"tissimis literis vel nunciis, ut sibi melius providere va-"leant, significabimus." Fol. 35. b.

Et ita jurarunt quotquot illuc fuerunt Consilium regium, Parliamentum, antistites, præfecti, baillivi, cives, & incolæ meliores ad diem x. Kal. Et [3] ad . . . . Kal. Cancellarius Franciæ, proceres, antistites, sacerdotes, nobiles & alii Præfecti, baillivique quam plures Henrico regi nominibus quibus supra [4] jurandum hujusmodi præstitere.

Eodem die præsente regio Karoli Consilio, Isabella regina, duce Burgundiæ, toto Parliamento Franciæ, serenissimo & Henrici regis fratre duce Clarentiæ, ceterisque Anglicis qui cum rege venerant Principibus, proceribus, equestris ordinis militibus, aliisque pluribus nobilibus, antistitibus, divini humanique juris consultissimis viris, connubium per verba de præsenti inter invictissimum regem Henricum & clarissimam virginem Katerinam Karoli regis Isabellæque reginæ filiam solempniter celebratum est.

Pax in hunc modum convenit: "Rex Henricus amo-"do vivente Karolo Franciæ regem se non nominato, "nec à suis nominari neque scribi facito neque finito. "Post Karoli mortem cum suis heredibus & successoribus

1. Per me, meos *Ben.* 2. In rebus quæ rem *Ben.* 3. Ad IX. Kal. *Ben.* 4. Jusjurandum *Ben.*

" Franciæ rex pacificus Henricus eſto. Quoniam & per " adverſam valitudinem Karolus ſe, rem publicam, re- " gnumque minus regere valet, ad ejus Karoli bonum, " honorem, & uſum ſe vivente Karolo Franciæ regnum " Henricus regito. Karolus Henricum omnibus in ſuis " tabellis filium noſttum heredem Franciæ ſcribito ſcri- " bique facito. [1] Publicare [2] literæ quæ ſcribentur Ka- " roli nomine ſemper ipſo vivo in [3] quopiam forte caſu " Karoli commodum concernente regis Henrici Angliæ " Franciæque Regentis nomen inſcribendum foret ſem- " per ſcribuntur, Karolum patrem, Iſabellam matrem " Henricus nominato, ſic [4] honorato. Nec à corona " coronæque Franciæ proventibus rex Henricus Karolum
Fol. 36. a. " patrem prohibeto [5] neque Iſabellam matrem, ſuæ ma- " jeſtatis in digno ſtatu ſemper in vita ſua ſervato, ſic " & ut omnia facilius lubenciuſque faciat [6] Henricus, " Karolus rex & Iſabella regina clariſſimam & eorum " caſtiſſimam filiam Katherinam virginem Henrico regi " in matrimonium locanto & danto. Cui Katerinæ poſt " connubium quam citius poterit quadraginta milium " ſcutorum annuos proventus in dotem conjunx Henri- " cus rex in Anglia nunc, poſt & cum Franciæ coronam " pacifice poſſederit & quiete ſcutorum viginti milia in " Francia proventus annuos aſſignari facito. Conſilium " ſibi ſapientum & bonorum virorum Henricus ad re- " gnum Franciæ bene regendum eligito. Juriſdictiones " omnes Parliamenti Regens ſervato. Regno, Principi- " bus, Ducibus, Comitibus, proceribus, militibus, nobi- " libus, antiſtitibus, ſacerdotibus & clericis, civibus, " oppidanis, burgenſibus, & ruſticis Coronæ regis Ka- " roli ſubjectis Henricus Regens ſecundum juſtum, " æquum, & bonum faveto, juſtitiamque ſervato reddi- " que facito. Præfectos, baillivos, regnique ceteros of- " ficiales ſecundum leges & jura Franciæ ſemper eligito.

1. Publicæ literæ *Ben.* 2. **And in like manner he ſhall write himſelfe in all things that ſhal be authorized under his owne Seale, Kinge Henrie ſhall call Kinge Charles his Father and Queen Iſabell his Mother, and ſo ſhall hounour them** *libri Anglici.* 3. Quippiam *Ben.* 4. Et hon. *Ben.* 5. Neque fraudato Iſabellam reginam matrem *Ben.* 6. Anglicus Karolus *Ben.*

" Cenſus

"Cenſus & vectigalia, pecuniarum exactiones Karoli "ſubditis ſine cauſa nunquam imponito. Karolus rex "quod Henrico regi Angliæ, [1] ſit & Franciæ Regenti "tres ſtatus Franciæ, Principes ſcilicet, Duces, Proceres, "Comites, magnates; & nobiles, antiſtites, ſacerdotes, "& clerici; Cives, Burgenſes, oppidani, [2] caſtella, ruſti-"cique jusjurandum fidelitatis in forma ſupranotata de "Burgundiæ duce præſtabunt. ad hoc præſertim operam "dato. Rex autem Henricus rebelles omnes & contu-"maces, factioſos maxime qui Delphinum ſequuntur, & "Armeniacorum factionem armis & viribus ſuis ad obe-"dientiam & imperium Karoli regis debellans domanſ-"que deducito. Quicquid viribus & armis ab inobedi-"entibus & contumacibus Regens Henricus præterquam "in Normanniæ ducatu receperit, ad imperium Karoli "regis reducito. Qui nunc inobedientes contumaceſque "Karolo pacem quærent & volent, fidelitatemque jura-"bunt, adempta prœlio eorum prædia ſibi [3] reſtituunto. "Qui vero factionis [4] Burgundiæ Karoli regis imperio "favent, quamvis per Anglicos ſuis prædiis privati niſi "per id temporis jam de rege donata fuerint, & eo caſu "cum rex pacifice fuerit Henricus omnibus ea prædia "reſtitui primis poſſeſſoribus curato. Cumque poſſide-"bit Henricus Franciæ coronam, tunc Normanniæ du-"catus & illic omnia per Henricum [5] adepta ſub mo-"narchia Franciæ ſunto. Pax vero & concordia cum "Karolo qui ſe Delphinum dicit ſine Karoli & Henrici "regum Burgundiæ ducis & trium ſtatuum utriuſque "regni nulla fieri poteſto. Priuſquam octavus menſis "finiat quicumque pacem voluerit declaraſſe poteſto. "Super omnibus & ſingulis prædictis pactis, fœderibus,& "[6] conjunctionibus publicæ regiis utriuſque ſigillis ta-"bellæ [7] ſcribentor." Fol. 36. b.

Ictum eſt & fœdus cum Burgundiæ duce hoc pacto: "Philippus dux Burgundiæ pacem hanc nuper ictam in-"ter duos Chriſtianiſſimos reges in omnibus pactis con-"ventiſque firmam ratamque fore procurato, ſummam

1. *Lege*, ſic. 2. *F.* caſtellani. 3. Redduntor *Ben.* 4. Burgundiæ *Ben.* 5. Armis adepta *Ben.* 6. Conventionibus *Ben.* 7. *Sic.*

" &

" & ad id operam dato. Quas ob operas bonas Henrici " regis unus è ſereniſſimis fratribus ſororum unam Bur- " gundi ducis in matrimonium ducito. Rex Henricus " Philippo duci velut cariſſimo fratri, ſuiſque [1] juribus, " imperiis ſemper . . . . . Poſt vero Karoli mor- " tem fidelitatis jusjurandum [2] Henrico regi dux Philip- " pus," ut ſuo ſuppremo domino, ſuis & heredibus, velut " [3] jusjurandi ſupradicta forma notatum eſt, præſtito. " Nunc & ſemper [4] Henricis regis & ſuorum heredum " in omnibus [5] ſemper favens amicus eſto Henricus rex, " ad hoc potiſſimum [6] & ſuper parricidium [7] Burgundiæ " cædis parentis ducis contra Karolum, qui dicitur Del- " phinus, & ceteros ejuſdem cædis conſcios & reos ani- " madverſio juſtaque punitio fiat. Totis viribus [8] enici- " tor, ſic capietur in prœlio vel obſeſſo loco Delphinus, " vel quiſpiam Burgundi ducis cædis conſcius & culpa- Fol. 37. a. " bilis, non ſine dato digno factis ſupplicio, præterquam " de conſenſu Karoli & Henrici regum triumque ſta- " tuum regni, abire nequito. [9] Pro ſtudio laboribuſque " Burgundi ducis, quod velut patentem cautionem habet " à Karolo rege Iſabellaque regina, [10] Burgundus dux " propter ſuas terras feudum habeat à corona Franciæ " cum proventibus annuis librarum xx. milium Pariſien- " ſium pro ſe Michaëlaque ſua conjuge, ſuis & heredi- " bus virilis ſexus ex utroque parente deſcendentibus. " Henricus rex omni ſtudio curato, ſique prius fieri non " poterit, cum primum [11] Henricus corona Franciæ co- " ronabitur, ipſe rex in feudum dictos proventus annuos " præfato duci ſolito cum homagio Franciæ dato vel " dari facito." Mox ut pax, connubium, & fœdera clau- ſulis & conditionibus hiis ſuper rebus de jure conſuetis [12] parati ſunt, velut pactus erat invictiſſimus rex Hen- ricus, rogatu Karoli ſuique Conſilii una cum Karolo rege, duabus reginis Iſabella & Katerina, & Philippo Burgundiæ duce Senonenſem ad urbem obſidendam Pa-

---

1. Viribus imperii ſemper faveto. Poſt *Ben.* 2. *Deſunt Ben.* 3. Juriſjurandi *Ben.* 4. Henrici *Ben.* 5. Sibi *pro* ſemper *in Ben.* 6. Ut *Ben.* 7. Burgundæ *Ben.* 8. Enititor, ſi cap. *Ben.* 9. Præ *Ben.* 10. Ita Burgundus *Ben.* 11. Anglicus cor. *Ben.* 12. Patrata *Ben.*

riſius

risius metropolitanam sibi rebellem cum exercitu maximo vadit. Cujus ordine vix obsidione locata se cives, urbem, & urbis omnia divina & humana regi dedidere.

Inde recta victores ad [1] Monstereau on [2] Foulcdyone, ubi Johannes Philippi pater Burgundiæ dux à Delphino cæsus est, oppidum insultu primo viribus intercipitur. Castellum vero, quod diu, quoniam munitissimum erat, teneri potuisset, regibus statim deditum. Quam post deditionem antea cæsus Johannes dux, qui primum in puteum injectus erat, & inde clam per oppidanum quendam in majori ecclesia sepultus, eductus è loco ad oppidum de Dinione totius Burgundiæ Principem in templo Cartusiensium per ipsius Johannis Philippum patrem edito & dedicato denuo cum [3] solempni pompa sepultus est. **Monstereau taken.**

Ad Idus vero Julii ad oppidum de Meleduno castra ponunt. Erat oppidum istud munitum quidem valde, castellum autem longe munitius in Insula, de flumine Sequana circumdatum. Hujus loci Præfectus procerum unus erat Acquitaniæ strenuissimus dominus de Barbasan [4] jure militari per omnem orbem clarissimus. Qui statim obsidione prima classico milites omnes suos, præsidium totum, & oppidanos ad concionem vocatos admonuerat, ne quis sub pœna capitis, de deditione vel ullo pacto cum regibus feriendo, ni primus his super rebus ipse præfectus verba faciat, referre, tractare, vel mutire quicquam audeat. Anglicus cum suis ad Austrum, Burgundus ad Aquilonem castra ponunt. Quod [5] oppidum . . . . . . ad Novembrem multis in angustiis obsidentes tenuere. Sed demum cum jam cibos & potum in sextum diem non haberent, locum dediderunt, hac cum conditione, quod præsidium & incolæ sine vi tuti forent & contumelia, consciis tamen exceptis & consentientibus totiens præfatæ necis Johannis Burgundiæ Ducis, qui in vinculis in custodiam dati curiæ Parliamenti super patrato facinore causam dicerent, convictique dignas pœ- Fol. 37. b. **Town of Meledun taken.**

---

1. Mostreau *Ben.* 2. Saulton *al.* 3. Solemni *Ben.* 4. In re *Ben.* 5. Usque ad decimum Novembris *legend. si libros Anglicos sequamur.*

nas darent. [1] Hiique plures fuere, quorum nonnulli jure dampnati & mortui. Inter quos fuit loci præfectus Dominus de Barbafan. Hic accufatus à Burgundo duce, matre, & fororibus, in curia fe defendit, fe concedens, eo quod è primis Delphini familiaribus fuiflet, confcium dictæ necis, non tamen culpabilem, neque dicto facinori confentientem fuiffe. Quamobrem non eft dampnatus, nec propter in ipfum plures conjecturas abfolutus, fed in vinculis Parifius & alibi novem annos detentus, & ad ultimum in caftello de Gaillard traductus. Quod Indictione feptima per Delphini factiofos clam occupatum eft. Unde dictus de Barbazan liberatus evafit.

Dedito Meleduno, reges, reginæ, duxque Philippus cum fuis exercitibus Parifius ad ipfam Galliarum omnium principem urbem accedunt. Quibus obviam veniunt cives magno cum apparatu, clerus, & omnes incolæ, regemque Karolum & Ifabellam una cum Henrico rege fimul ad regiam fuam ducunt. Anglicus inde cum Katherina duce totoque comitatu ad ejus paratum diverticulum, poft dux & reliqui in proprias ædes quifquis [2] revertuntur. Fol. 38. a.

Ad ea tempora mandato Karoli regis Parifius convenerant tres ftatus regni Franciæ, cum quibus pleraque rem publicam & bonum regni concernentia tractata fuere, & in diverfis regni partibus baillivi juftitiæque miniftri viri literati & Juris confulti conftituti funt. Inde coram regibus in folio fedentibus cum curia Parliamenti per patronos tres, unum Juris civilis confultum virum, alterum canonici, tercium Theologiæ doctorem, Philippus dux præfens, mater, & forores abfentes, contra patratum facinus à Delphino de morte Johannis ducis accufationem [3] facere, rem amplificantes, civiliterque pro dampno fuo piacula fieri petentes, ut puta vel facras ædes in occifionis loco per reos impenfifque fuis pro anima cæfi ducis ædificari, vel alia opera [4] ad inferias piaculaque defuncti. Mos eft apud Gallos, quod aliquem nemo reum cujufpiam facinoris in judicio capitis vel

1. Hii quoniam plures *Ben.* 2. Divertuntur *Ben.* 3. Fecere *Ben.* 4. Pia ad *Ben.*

[1] membris

[1] membris dampnari petit, nisi quod procurator fisci rem diligenter audiens & considerans, postquam plane doctus est judicium criminis, se cum actoribus jungens fieri petit. Ut igitur oratores & patroni Burgundiæ ducis rem exposuerunt, peroptime doctus illam procurator fisci cum actoribus se jungens pro causa regis & rei publicæ contra Delphinum & ceteros Burgundiæ cædis conscios & culpabiles tale judicium fieri petiit, ut quotquot eorum possent quovis pacto vel in prœlio vel obsesso loco comprendi, morti darentur, ceteri vero proscriberentur, & eorum bona mobilia & inmobilia publicarentur, & quod Delphinus privaretur successione regni, & ad succedendum patri [2] declaretur inhabilis. Quod, ut dicitur, per dictum procuratorem petitum, Karolus rex in solio sedens cum assensu totius curiæ decrevit, decretumque publice pronunciari fecit. Qua sententia per regem minime revocata mortuus est Karolus, & ad v. Nonas Januar. dux Philippus cum bona utriusque regum venia suam in Flandriam proficiscitur. Fol. 38. b.

Ad VIII. autem Idus Henricus & Katherina cum assensu Karoli [3] relictoque consilio regis Excestriæ duce Parisius & in Normannia regente duce Clarenciæ fratre suo, qui dum ipse rex esset in Anglia dux in prœlio cæsus est, in Angliam, ubi coronetur serenissima regina, [4] qua sine coronatione proventus dotis pactos possidere non poterat, proficiscuntur. Hoc in itinere genitus es Henricus sextus, [5] in Angliæ [6] quintus. Ipse tamen Henricus pater priusquam Parisius cederet judicibus & officialibus curiæ suppremæ Parliamenti, quibus plura stipendia debebantur, de propriis pecuniis ad quod non tenebatur omnibus satisfecit. Post in Angliam cum applicuisset, serenissimam ejus conjugem [7] coronat, velut moris est, [8] & pactam dotem xx. milium nobilium annuos sibi [9] proventus.

---

1. Membri *Ben.* 2. Declararetur *Ben.* 3. Relicto cum conf. *Ben.* 4. *Ita & Ben. Sed l.* quia. 5. Qui natus. Ipse *Ben.* 6. *F.* in Anglia qui natus. *Ita namque libri Anglici, viz.* in which voyage of the Kinge and of the Queene was engendred Kinge Henrie the VIth, that was after borne in England, and nowe resteth intumelate in Windsor. 7. Coronari *Ben.* 8. Mox & *Ben.* 9. Proventus assignari fecit. Ad med. *Ben.*

Ad mediam æstatem Indictionis XIIII. Henricus rex, relicta domi Katherina, cum maximo comitatu in Franciam reversus cum sola familia Parisius ex inspirato quasi quadam die vesperi Karolum regem & Isabellam reginam visum venit. Postea paucos inde dies ad suos regreditur. Quo in reditu castellum de Dreux obsidione recepit. Et cum audivisset, hostes suos ad prœlium separantes, flumini Ligeris, circa quod convenisse dicebantur, appropinquavit, ut si forte congredi vel ipsum præstolari velint, pugnandi sibi copiam faciat. Sed ad pugnam nemo venit, nemoque regem expectavit. Cœpit tunc Henricus, ut eos ad prœlium magis alliceret, flumen circumire, quo in ambitu maximo famem perpessi quam plures è suis & homines & equi perierunt.

Castle of Dreux taken.

Fol. 39. a. Regis villa nova yelded.

Inde ad oppidum, quod Regis villa nova dicitur, ultra Senonensem urbem, rex Henricus vadit. Cujus præsidium & oppidani propter inopiam comeatus obsidionem non sustinentes oppidum seque regi dedidere.

City Meldelsa taken.

Octobri mense rex Henricus ut urbem Parisius & procul & prope cunctis ab hostibus liberaret, post terga relictis nonnullis sibi parvis castellis hostiliter inimicantibus, ad urbem [1] Meldelsam obsidendam pergit. Huic urbi propinquissimus & quasi conterminus locus est, vulgo mercatum Meldense dictus, inter quæ circumque loca flumen Materna fluit. Hiis in locis erant armatorum plurimi, & innumeræ pene divitiæ ex urbibus & finitimis agris tanquam in tutissimum reconditæ. Præfectus urbis erat bastardus de Vauru, qui, priusquam obsideretur urbs, nephanda plurima crudelia & tyrannica tam contra cives & rusticos, quam in bello captos exercuerat. Obsessa est hæc urbs hiemem totam, qua pluviæ & aquarum inundationes tantæ tamque crebræ fuere, quod regius exercitus fame sæpe laboravit. Cui semper morbo cita prudentia regis medelam attulit. In mense Februario præsidiarii milites, pulchre cognoscentes Henrico regi futuram æstate faciliorem obsidionem, sibi [2] enim longe graviorem, ex urbe in hoc, quod dixi, mercatum cum primoribus urbis divitiis & omni comeatu, relicta

1. Melden̄ *Ben.* 2. Vero *Ben.* Etiam *conjecerat R. J.*

plebe

plebe ne pluribus comedentibus melioribus & arma tractantibus cibus citius deficeret, proficifcuntur. Quo facto, urbem regi mox ipfa plebs libere dedidit. Ad menfem autem Aprilis cum tantis adeo viribus rex locum preffiffet, ut fibi liber ingreffus fuæ voluntati foret, non tamen locum ingreditur, fed cum obfeffis pactum init, cum ad evitandam humani fanguinis effufionem, tum ut eorum nonnulli cœlefti & per juftitiam pœnas darent, nec depopulatæ divitiæ perderentur, fed potius, juxta virtutem & merita, victoribus militibus diftribuerentur, deditur mercatum, & obfeffi funt ad meram regis voluntatem, falva tamen eorum cujufque vita, quorum in Angliam multi delati funt. Inter quos ejus urbis epifcopus, qui paulo poft morbo laborans hîc vitam finivit. Quatuor tamen refervati, contra quos fuper ipforum viciis & folitis fuis fceleribus juftitia miniftraretur. Ipfe fcilicet baftardus de Vauru, urbis obfeffæ præfectus, qui cæfus in arbore, in quodam monte prope urbem fufpenfus eft, in qua cives rufticos & captivos, qui fe redimere non poterant pecunia, fufpendere folitus erat, & in eadem arbore vexillum, quod in prœlio dictus baftardus ferre folebat, impofitum eft. [1] Refus & alius quidem equeftris ordinis miles ejufdem loci baillivus, qui tirannidem prædictam perpeffus ei fæpe confenferat, & alii duo de primoribus civitatis; &, ut eciam pacto cautum fuerat, accufati de Burgunda cæde nonnulli traditi funt curiæ Parliamenti, è quibus aliqui poftea Parifius funt per publicam juftitiam capite dampnati. Fol. 39. b.

Hac in obfidione [2] evangelizatus eft regi partus reginæ tuæ matris fauftaque nativitas tua, quo nullum Chriftianiffimo Principi fauftius feliciufque nuncium, cum quod fibi liberi, tum quod virilis fexus à Deo dati fuiffent, nunciari potuiffet. Quas ob res devotiffime gratias immortali Deo noftro, tantum ob felicem fucceffum & divinum donum, ingentes egit. Poft autem Purificationem partus in Franciam regina [3] vertitur.

Poftquam recepta eft hæc urbs, & mercatum prædictum,

1. Cæfus *Ben.* 2. Evangeligatus *Ben.* 3. Revertitur *Ben.*

dictum, poſt terga relicta hoſtium caſtella, & alia pleraque circum oppida munitiſſima, quorum præfecti timentes, ne ſibi finis ille foret quem habuerant, qui mercatum in illud tam munitum[1] configerat : conſiderantes quoque in tam longa obſidione Meldenſi ſubſidii civibus
Fol. 40. a. illis nichil quicquam deveniſſe, prius exorata ſecuri de locis, in quibus erant, abitus fide, cum ſuis omnibus pecuniis & bonis, relictis apertis Henrico regi locis, oppidis, & caſtellis, ultra flumen Ligeris cum ſuis quoque familiis abierunt, loca ſtatim, expectata nulla vi vel obſidione, regi devotionem & fidelitatem præſtitere. Inde recta Pariſius graditur Henricus, ubi dies nonnullos in hiis quæ ſpectant ad rempublicam verſatus eſt. Unde nuncios cum literis ad urbes & oppida [2] baillivis Ambianenſibus & Viromandiæ mittit. Quarum hæc erat ſententia : "[3] Cariſſimis noſtris ſalutem. Veſtris pro commodis ſedulo deliberantes oportunum ducebamus pro fugandis perfidis hoſtibus ad terras illas noſtras traducere legiones. Sed quoniam in obſidione Meldenſi exercitus & milites noſtri fame ſæpe laborarunt, ſi nobis comeatus eo quo precio petent noſtri nuncii, qui plene docti ſunt hiis ſuper rebus quid optemus, vendere copioſeque in caſtra ferre [4] promut, ad vos præſto veniemus, à bello & hoſtibus terras iſtas brevi levaturi : ſin aliter eſtis animati, nos quoque [5] militibus & eorum vitæ conſulere debemus. Valete." Qui nuncii ſumma cum obſervatione benigniſſimeque recepti cum quam gratiſſimis relationibus ad regem redeunt, ſtatimque [6] ad oppidum Compendium prædictis terris appropinquans accedit. Quod ſimulac innotuit hoſtibus ad oppidum Coſne in ſuperiori Ligeri ad comitatum Nivernenſem, quod millia paſſuum centum & viginti diſtat à Pariſius, caſtra ponunt. Hoc in oppido præſidium erat militum nobilium Burgundiæ ducis, qui præ comeatus inopia ſtatim in obſidione prima cum hoſtibus hoc pacto conveniunt, Quod niſi quoſdam infra paucos dies major

1. Confugerant *Ben.* 2. Baliviæ Ambianenſis Virom. *Ben.* 3. Henricus & cæteri cariſſimis *Ben.* 4. Promittitis *Ben.* 5. Noſtris militibus *Ben.* 6. Rex ad *Ben.*

fortiorque

fortiorque manus ad ſe tuendos, hac & obſidione liberandos, Henrici [1] & Burgundi ducis illuc adveniat, hoſtibus oppidum libere cum caſtello dedent. Quod ut relatum eſt Henrico regi delectum validiſſimum parat exercitum. Scribit itidem & dux Philippus. Qui dum ad expeditionem ſe pararent, invalitudo graviſque morbus Henricum invadit in oppido [2] Carbueil ad decem millia paſſuum ultra Pariſius. Pro quo Johanni Bedfordiæ duci ſuo ſereniſſimo fratri & ejus avunculo Exceſtriæ Fol. 40. b. duci hanc [3] provinciam dedit. Qui ſimul & exercitus Anglicus cum Burgundo duce ad oppidum Coſne profecti hoſtem non [4] inveniunt. Sic & oppidum liberatum in prima devotione & fide remanſit. Inter hæc tempora ſereniſſimus potentiſſimuſque Princeps Britanniæ dux illuſtres Oratores, Cancellarium ejus, epiſcopum videlicet Nantes, epiſcopum de Vennes, duos è ſuis primis proceribus, alioſque conſiliarios ejus cum pleno mandato ad eam, quæ Trecis pax icta fuerat, pro ſe ſuiſque confirmandam [5] mittit. Quod illic per regis Henrici gravem morbum minime fuit abſolutum. Idem poſtea tamen potentiſſimus dux in Ambianenſi urbe rem ipſe præſens peregit. Morbus autem regis ſemper indies convaluit, donec rex Chriſtianiſſimus ſpiritum & animam Deo reddens expiravit [6] in caſtella boſcum [7] vincennarum prope Pariſius, ubi rex Karolus duæque reginæ præſentes aderant. Teſtamento tamen ante tui tutelam primaſque defenſiones & curam Humfredo Glouceſtriæ duci, ſereniſſimo tuo patruo, qui te ſumma fide tuaque tutatus eſt ad hos dies quibus te florentem & fauſtum videmus: mores autem, cuſtodiam corporis, & doctrinam tuam [8] illi Thomæ Exceſtriæ duci, ducatus vero Normanniæ proventus omnes tuo patruo Johanni Bedfordiæ duci ad eam provinciam & regnum tuum Franciæ bene regendum & gubernandum legavit.

Τῷ θεῷ δόξα.

F I N I S.

1. Regis & *Ben.* 2. Corbueil *Ben.* 3. Pro ſe prov. *Ben.* 4. Conveniunt *Ben.* 5. Et approbandam mit. *Ben.* 6. **In the caſtell of that is called Bois de Wiſtenne not far from Parris** *libri Angl.* 7. Vicemiarum *Ben.* 8. Illuſtriſſimo Thomæ *Ben.*

SYLLOGE EPISTOLARUM,

A VARIIS ANGLIÆ PRINCIPIBUS SCRIPTARUM.

Quibus & alia paucula ſunt interſperſa.

E Collectaneis SMITHIANIS (una & altera dempta Epiſtola) deſcripſit ediditque THO. HEARNIUS, A. M. Oxonienſis.

E cl. SMITHI *Epiſtolis ad Editorem, num.* XXXVII. *dat. Londini* 1 *Dec.* 1705. *Exſtat vero in Vol.* IX. *Codd. MSS.* SMITHIANORUM *penes Editorem.*

I am now reviewing my papers, and ſetting my houſe in order, as I juſtly terme it, and leaving things behind mee, as compleat as I can make them: but ſtil I become more and more ſenſible of my great want both of books and papers, which this place does not afford. However I muſt bee content to do what I can, and leave the reſt to others. Among other things I have made a collection of ſeveral familiar letters, taken from the originals, written by K. Henry VIII. K. Edward VI. Q. Mary, and Q. Eliſabeth: which I acknowledge to bee very imperfect and ſcanty. &c.

E Codd. MSS. SMITHIANIS *penes Editorem, num.* LV. *p.* III.

——— As to what concernes the letters of K. Henry VIII. to Anne Bollen, the copyes of which I deſired you to procure, you may acquaint your friend at Yorke, that if I were Maſter of thoſe papers, as hee is, nothing ſhould come into that collection of thoſe *fragmenta regalia*, which you know I have now by mee, and am adding to continually, which entrenches upon the rules of modeſty or decency, by any ſmutty expreſſion or impure phanſy, or any thing of that nature, thô never ſo remote, that might be perverted and made uſe of to ſo vile a purpoſe. However I ſhould bee willing to have the ſatisfaction (or diſſatisfaction rather) of ſeeing (1) them, and reading them, that I may be the better able to condemne the obſcenity of them, and thereby expoſe the baſe diſingenuity of the great men at Rome for one hundred and fifty yeares together, who thinke ſuch ſtuffe fit and worthy to bee preſerved in the Archives of the Vatican Library, as a great curioſity and treaſure: making no allowances for the vaine extravagances of a wanton, amorous Prince to his Miſtreſs, whom he could no way by his flatteryes and careſſes corrupt: &c.

---

(1) Dr. SMITH afterwards got an exact Copy of them, which I have amongſt his MSS. num. XCVII. but I have for the ſame reaſons made uſe of by the Dr. thought them very unfit for this Collection.

SYLLOGE EPISTOLARUM, A VARIIS ANGLIÆ PRINCIPIBUS SCRIPTARUM.

C. *Part of K. Henry the fifth's Letter.* 1. E Coll. Smithianis, Vol. LXXX. p. 3.

An Original.

FURTHERMORE, I wole, that ye commend with my Brother, with the Chancellour, with my Coufin of Northumberland, and my Coufin of Weftmerland, and that ye fet a good ordinance for my North marches, and fpecially for the Duke of Orleance, and for all the remanant of my prifoners of France, and alfo for the King of Scotelond. For as I am fecretly informed by a man of right notable eftate in this lond, that there hath been a man of the Duke of Orleance in Scotland, and accorded with the Duke of Albany, that this next fummer he fhall bring in the Mamuet of Scotland to ftirr what he may, and alfo that there fhould be founden wayes to the having away fpecially of the Duke of Orliance: and alfo of the Kg, as well as of the remanant of my forefaid prifoners: that God do defend. Where-

1. *Notulæ iftæ ad exteriorem libri oram collocatæ Codicum MSS.* SMITHIANORUM *penes me Volumina (in quibus Epiftolæ adfervantur) defignant. Quotiefcunque vero notulæ ad oram interiorem occurrunt, fcias velim eas adpofuiffe cl.* SMITHUM *(ut opinor) ad Mufæa ubi reperit indicanda.*

fore I wole that the Duke of Orleance be kept still within the castle of Pomfret, without going to Robertis place, or to any other disport. For it is better, he lack his disport, then we were disteyned of all the remanant: doth as ye thinketh.

Sm. Vol. LXXX. p. 5. *A Letter of Richard Earle of Cambridge to K. Henry the fifth, in the third Yeare of his Reigne.*

C.

Original.

MYN most dredfulle and sovereyne lege Lord, I Richard York yowre humble subgyt and very lege man, beseke yow of grace of all maner offences wych I have done or assentyd to in heny kynde by steryng of odyr folke eggyng me yerto; where in I wote wel I have hyle offendyd to yowre hyness: besechyng yow at the reverence of God, that yow lyke to take me into the handys of yowre mercyfulle and pytouse grace; thenkyng yee wel of yowre gret goodnes. My lege Lord, my full trust is, that yee wylle have consyderacyon, though that myn person be of none valewe. yowre hye goodnesse, where God hath sette yow in so hye estatt to every lege man, that to yow longyth plenteously to geve grace, that yow lyke to accept thys myn symple request for the love of owre Lady and of the blysfulle holy gost: to whom I pray, that they mot yowre hert enduce to al pyte and grace for theyre hye goodnesse.

Sm. Vol. XCII. p. 9. *Magnificis D. D. Consulibus & Senatoribus Civitatis Whismer &c. Amicis nostris Charissimis R. Henricus* VIII.

Ex autographo.

HENRICUS Octavus Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, fidei defensor, ac Dominus Hiberniæ, & in terris Ecclesiæ Anglicanæ immediate sub Christo supremum

mum caput, Magnificis Dominis Consulibus & Senatoribus Civitatis Whismer &c. Amicis nostris Charissimis salutem.

Cum inter sinceros intimosque amicos nostros haud postremo loco vos habeamus, sitque antiqua amicitia nostra jam pridem mutuis officiis inter nos ita confirmata, ut de ea neutiquam dubitari queat, prætermittere noluimus, quin de iis vobiscum ageremus, quæ inter veros amicos confidenter agi tractarique solent, ut quemadmodum in rebus justis ac honestis unanimis eademque voluntas inter eos esse debet, ita si quando usu venerit, alter de alterius consiliis, occurrentibusque negotiis certior fieret, ob hanc præcipue causam, ut ex hujusmodi animorum conjunctione alter alterius ope & amicitia firmior stabiliorque redderetur. Quare cum quædam gravissimi momenti nobis in præsentia occurrant, expedire judicavimus eadem vobis significare ac nostram super iis mentem sincere explicare. Proinde dilectum ac fidelem hunc nostrum familiarem, præsentium latorem, ad vos nunc mittimus, ut nonnulla nostro nomine distincte copioseque vobis exponat, quæ quidem ut magni momenti esse putamus, ita vos impense rogamus, ut eidem familiari nostro velitis fidem indubiam adhibere, omnibusque accurate perpensis id respondere, quod tum rei occasio tum mutua nostra amicitia postulat; & bene valete. Ex Regia nostra prope Londinum die 5. Martii M. D. XXXVIII. *Vester bonus H.*

K. Henry VIII. *to Cardinal Wolsey.* C. *An Original.*

Sm. Vol. LXXX. p. 7.

My Lord Cardinal,

I Recommend unto you as heartily as I can, and I am right glad to hear of your good health, which I pray God may long continue. So it is, that I have received your letters, to the which (because they ask long writing) I have made answer by my Secretary. Two things there be, which be so secret, that they cause me at this time to

to write to you my ſelfe. The one is, that I truſt the Queen my wife be with child. The other chief cauſe, why I am ſo loath to repair to London, were, becauſe about this time is partly of her dangerous times, and becauſe of that I would remove her as little, as I may now. My Lord, I write this unto you, not as a enſured thing, but as a thing, wherein I have great hope and likelihoods. And becauſe I do well know, that this thing will be comfortable to you to underſtand, therefore I do write it unto you at this time. No more to you at this time, *niſi quod Deus velit inceptum opus bene finiri.* Written with the hand of your loving Prince

Henry R.

Sm. Vol. xcvii.p.39.

K. Henry VIII. *to the Lady Ann Savon.*
By the King. Titus B. 1.
Original.

Henry R.

DEAR and well beloved, we grete you well; letting you wote, our truſty and well beloved ſervant Stephen Mylles, hath ſhewed unto us, how that he for the long experience and knowledge of your vertuous demeanor, ſadneſs, and womanly demeanure, is greatly minded towards you, to honor you by way of marriage before all other. We conſidering his honeſt intent and purpoſe in this behalf, exhort and deſire you to ſhew yourſelf of like towardneſs and hearty love to our ſaid ſervant for the ſolempniſation of matrimony between you to God's pleaſure: and in your thus doing you ſhall not only cauſe us to be good and gracious leige Lord unto you both in any your reaſonable purſuits to be made unto us, but alſo think yourſelf in our opinion right well beſtowed to your heart's eaſe and comfort hereafter. Given under our ſignet.

K. Henry

K. Henry the VIII. *Letter to the Bishop of Durham.* Sm. Vol. XCVII. p. 209.

Titus B. I. *A Copy.*

SINCE me thought, my Lord of Durham, that both the Bishops of York, Winchester, and yours reasons and texts were so fully answered this other day in our house, as to my seeming and supposal the most of the house was satisfied, I marvail not a little, why eftsoones you have sent to me this now your writing, being in a manner few other texts or reasons, than there were declared both by the Bishop of Canterbury and me to make smally or nothing to your intended purpose. But either I esteem, that you do it to prove my simple judgement alone, which indeed doth not much use (though not the wiseliest) to call in aid the judgements of other learned men, and so by mine ignorant answer seem to win the field, or else, that you be too much blinded in your own fantasie and judgement, to think that a truth, which by learning you have not yet proved, nor I fear me, cannot by Scripture or any other direct and probable ground. Tho' I know mine insufficiency in learning, if the matter were indifferent, and that the balance stood equal; since I take the verity of the cause rather to favour the part I take, than your's, it giveth me therefore great boldness, not presuming in learning but in justness of the cause, seeing by writing you have provoked me to it, to make answer to your arguments. Therefore I beginning now to repley to your first allegation, shall essay to prove, if I can, that your own Author in place by you alledged maketh plain against your own opinion. For as you allege him, S. Chrysostome sayeth, *Quod sufficit solus pudor pro pœna*, then *auricularis confessio* is not by commandment necessary. For if it were, this word, *solus*, is by your Author ill sett. Therefore your Author in this place furdereth you but little. To your fallax argument, I deny your consequent, founded only upon small reason, which is the ground of your fallax argument. Which reason I need not

as the principal person in our Commission for causes Ecclesiastical, to have good regard, that such uniform order in the divine service and rules of the Church might be duly kept, as by the lawes in that behalfe is provided, and by our injunctions also declared and explained, and that yow should call unto yow for your assistance certain of our Bishops, to reform the abuses and disorders of sundry persons, seeking to make alteration therein: We understanding, that with the help of the Reverend Fathers in God, the Bishops of Winchester and Ely and some other, ye have well entered into some convenient reformation of things disordered, and that now the said Bishop of Ely is by our commandment repaired into his Diocese, whereby yow shall want his assistance: We minding earnestly to have a perfect reformation of all abuses, attempted to deform the Uniformity præscribed by our laws and injunctions, and that none should be suffred to decline either on the left or on the right hand from the direct line limited by authoritie of our said lawes and injunctions, do earnestly by our authoritie Royal, will and charge yow by all meanes left to proceed herein, as yow have begun. And for your assistance, we will that yow shall by authority hereof, and in our name, send for the Bishops of London and Sarum, and communicate these our letters with them, and straightly charge them to assist yow from time to time, betwixt this and the month of October, to do all manner of things, requisite to reform such abuses, as afore are mentioned, in whom soever ye shall find the same. And if yow shall find in any of the said Bishops (which we trust yow shall not) or in any other, whose aid ye shall require, any remisness to aid and assist yow, if upon your admonition the same shall not be amended, we charge yow to advertise us. For we mean not, that any persons giving credit by their vocation to aid yow should for any respect forbear and become remiss in this service, tending to the observation of our lawes, injunctions, and commandments. Given at our Mannor of Hatfield the twentieth day of August in the 13 year of our Reigne.

Letter

Letter of the Council to the Archbishop of Canterbury about the recovering the discipline of the Church. Sm. Vol. xcvii. p. 93.

Apud D.P.

An Original.

AFTER our very heartie commendations to your good Lordship, the Queen's Majestie of late in conference with us upon the state of this her realm, among other things meet to be reformed, is moved to think, that universally in the Ecclesiastical Government, the care and diligence, that properly belongeth to the Office of Bishops, and other Ecclesiastical Prelates and Pastors of this Church of England, is of late years so diminished and decayed, as no smal number of her Subjects, partly for lack of diligent teaching and information, partly for lack of correction and reformation, are entered either into dangerous errors, or into a manner of life of contempt or libertie, without use or exercise of any rite of the Church, openly forbearing to resort to their parish Churches, where they ought to use common prayers, and to learn the will of God, by hearing of Sermons, and consequently receive the holy Sacraments. Of the increase of which lamentable disorders her Majestie conceiveth great grief and offence, and therefore hath expresly charged us to enquire the truth hereof by all good meanes possible, and to provide speedily for the reformation and remedie hereof. Whereupon according to her Majestie's charge, and as we find it very requisite, of our own dueties, as well towards almighty God, as to her Majestie and our Countrey, we have entered into a further consideration hereof; and though we find a concurrencie of many causes, whereupon such general disorders and contempts have of late years grown and encreased, (the remedie whereof we mean to seek and procure by as many other good meanes as we can) yet certainly we find no one cause hereof greater, nor more manifest, than an universal oversight and negligence (for less we cannot term it) of the Bishops of the Realm, who have not only peculiar possessions, to find,

 provide,

provide, and maintain officers, but have also jurisdiction over all inferior Ministers, Pastors, and Curates, by them to enquire or be informed of these manner of contempts and disorders, and by teaching and correction to reform them. Or if the Offenders should for any respect appear incorrigible, thereof to make due information to her Majestie, as the supream Governor under God of the whole realme. And surely, though we know, that some of the Bishops of the Realme are to be more commended than some other for preaching, teaching, and visiting of their Diocese, yea and for good hospitality, and other good examples of life: yet at this time doubting, that a great part of the Realm in sundrie places is touched with the infection of these disorders, tho' some more, some less, and (as we fear) no Bishoprick fully free: we have therefore necessarily concluded to notifie to every one of the Bishops alike this her Majestie's carefullness and desire to have her realm herein reformed, and for that purpose at this present, to seek the understanding of every Diocese in certain points thereafter following. And therefore we will and require your Lordship in her Majestie's name, that first ye will earnestly conceive, and thankfully allow, of this her Majestie's godly disposition, and next that yow do circumspectly and as quietly, as yow may, (without any manner of proceeding, likely to breed publick offence) enquire or cause to be enquired by such, as are faithfull Officers, and not dissemblers, what persons they be, and of what qualitie, degree, and name, that have not of late time resorted to their parish Churches within your Diocese, or have not used the common prayers, according to the lawes of the Realm, or have not at usual times received the holy Sacrament, and how long they have forborn. And further also we require to be advertised, what Ecclesiastical publick Officers yow have under your Lordship in your Diocese, who they be, what their names and degrees ordained to see to the execution of the laws of the Church. Likewise what Preachers yow have, properly for the more part conversant with yourself in houshold, and

and what other Preachers residing abroad in your Diocese, and what Ecclesiastical livings every of them hath, with the values thereof, or what other stipends they have, wherewith they have any maintenance or sustentation to continue in their functions. Likewise we require yow by authority of these our letters to conferr with the Dean and Chapter of your Cathedral Church, and with the Heads of any other Collegiate Church in your Diocese, or with any other persons having any peculiar jurisdiction within your Diocese, and cause them to certifie distinctly by writing, what number of Prebendaries, Canons, and Preachers they have, which do reside within the said Churches and Jurisdictions, and how many do not reside, and how many of them do, and not use to preach; and what be their names and degrees, and in like sort the names and degrees of them, that have any sustentation in their Churches to preach, and yet do not reside, nor do preach. And likewise we desire to be advertised, what Churches or places ordained to have common prayer, are by any meanes presently void of Curates, and in whose default the same happeneth, and in what sort yow think the same may be best remedied. And whilst yow shall be occupied in the inquisition hereof, wherein we would have yow use all good diligence: we heartily and earnestly require your Lordship, as yow would be counted worthy of your calling, to employ all your care and industry in procuring more diligent preaching and teaching within your Diocese, as well by yourself, as by all others, having the gift to preach. And therein to use all charitable meanes by diligent instruction and faithfull teaching and example of life, to stay the good, faithfull, and obedient Subjects in their duties, and to induce and perswade others to return from their disorders and errors, so as all parties may observe their duties in the publick and open service of Almighty God, according to his ordinance, and as by the common order of the Realm is for God's honour established. And whatsoever your Lordship shall think meet and needfull to be granted or devised for

your

your furder affiftance, thereof to advertife us, whom yow fhall find ready to add and fatisfie yow, as farr forth as we fhall find in our powers reafonable, either by our felves, or by meanes to her Majeftie, whom we perceive earneftly difpofed to have the glorie of God increafe, by the due reverence of all her Subjects in his fervice, according to his bleffed word and commandment. And thus we bid your good Lordfhip well to fare. From Windfore the VI[th]. of November 1569.

Your Lordfhip's loving friends

N. Bacon Canc. W. Northt.
F. Bedford. R. Leicefter.
E. Clynton. W. Howard. F. Knollys. W. Cecil.
R. Sadleir. Wa. Mildmay.

Poftfcript. We pray your Lordfhip not to delay the anfwering to us with fpeed the names of the Recufants to come to Church, without delaying for the reft, and to procure the like Certificates of thefe matters from the Bifhopricks of Chichefter and Oxford now vacant, and to that end to fend them a copie of thefe our letters, with fpecial charge to fee the fame accomplifhed.

Sm. Vol. XLVII. f. 54. a.

To my Lord . . . . .

My Lord, *Ex Autographo.*

METHINKS that I am more beholding to the hinder part of my head, then wee dare truft the forwards fide of the fame, and therefore fent to the Lieuetenant and the S: as you know beft, the order to deferr this execution, til they here further: and that this may bee done I doubt nothing, without curiofity of my further warrant: for that their rafh determination upon a very unfit day was countermanded by your confiderate admonition. The caufes, that move mee to this, are not now to bee expreffed, leaft an irrevocable deed

deed bee in meane while committed. If they wil needs a Warrant, let this suffice all written with my own hand.

Your most loving Soveraigne

Elizabeth.

Written by my L.Burleigh on the back, XI. *April*[1] 1672.

The Q. Majesty for staying the execution of the D. O. Received at 2 in the Morning.

To the Right high, right Excellent and mighty Prince, our dearest Brother and Cousin, the King of Scots. Sm. Vol. XLVII. f.56. a.

An Original.

RIGHT high, right excellent and mighty Prince our dearest Brother and Cousin, in our heartiest manner we commend us unto yow. Having received to our singular contentment a general good report of your rare towardliness in Princely qualities fit for one of your place and calling, which promiseth no less honour to your selfe than comfort to the Princes, your neighbours, that love you, both for the good disposition of your nature, inclining and growing up to conditions of most and greatest commendation, and also especially for your good inclination to true religion, the most assured stay and undoubted ankerhold of your Crown and Kingdome; we could not rest satisfied without sending to you at this present, our Trusty and welbeloved servant, Thomas Randolph the bearer hereof, aswel to testifie unto yow the unspeakable joy we conceive of that great hope, which so fair and beautifull beginnings put us in, as also to assure you of that sincere and great good will towards yow, which our nearness and proximitie in blood accompanied with such Princely virtues deservedly craveth. And as there can be nothing, that may be more honourable to your selfe, nor profitable for the Subjects of your Crown and Kingdome, nor of greater likelyhood to assure it to your selfe and posterity for

1. *So in Dr. Smith's MS. for* 1572.

ever,

ever, than to grow up in those good wayes which yow are already entred into, especially in the profession and maintenance of true religion: so we persuade our self we can no way outwardlie so well testifie to you the inward love we bear to yow as by putting yow in remembrance thereof, thereby to make declaration of the great care we have of the happiness of your estate: assuring you of all good offices of friendship and amitie, accordingly as the increase of these noble and Princely vertues shall make yow commendable to the world: whereof we exhort . . . . your . . . . may s . . . . to have an especial care, that the latter season of your yeares, being answerable to your first, may yeeld yow most plentifull fruits of a long and happy reign. And so Right high, right excellent, and mighty Prince, our dearest Brother and Cousin, we pray God to have yow alwayes in his blessed keeping. Written at our house of Hampton Court the last day of January 1577 in the xx year of our reign.

Your most loving and carefull Sister and Cousen

Elizabeth R.

Sm. Vol. LXXVII. p. 91.

Jacobus R. Joanni Areskino suo, Marriæ Comiti, S. D.

PERLATÆ sunt ad me, suavissime Joannes, tuæ literæ, una cum dono, mihi certe, quod à te missum esset, gratissimo, quantumvis id in verbis sedulo extenues. In utrisque etenim, quod sæpe antea, nec obscuris indiciis, singularem animi tui erga me voluntatem perspexi: quâ ego maxime, vel potius solâ, officiorum omnium omnia momenta ponderanda esse censeo. Nec mediocriter me dictionis tuæ (si modo tua est) puritas, sententiarumque suavitas, quæ tota tua est, affecit. Hæc enim indolis ac morum tuorum expressam imaginem præfert: illa vero illustre eruditionis tuæ specimen habet: quorum alterum facit, ut te amem vehementius, alterum etiam ut admirer. Quis enim adeo durus & inhumanus est, ut tantam morum comitatem, quanta in te est,

eſt, non exoſculetur? quis rurſus adeo candoris expers, ut iſtam eruditionem, vel quæ nunc eſt, vel propediem ſudoribus & vigiliis tuis comparabitur, non ſuſpiciat? In ſpem profecto maximam, &, quemadmodum confido, exploratiſſimam adducor, brevi futurum, ut in ſummum communis patriæ ornamentum evadas. Mihi certe immenſum ad ſtudiorum gloriam calcar literarum tuarum lectio ſubdidit, neque vulgares, ſed penitiſſime defixos æmulatione virtutis tuæ aculeos in animo meo reliquit. Macte igitur eſto iſta virtutis indole, quæ te proculdubio paternis inſiſtentem veſtigiis poſt aliquot exantlatos labores in ſolidæ beatitatis arce victorem ſiſtet, immortalemque tibi apud poſteros gloriam comparabit. En ego tibi dextram porrigo, comitemque itineris ſpondeo. *Conjunctis igitur ſpatiemur paſſibus ambo.* Accingere & vale.

Jacobus R. Roberto Cathanenſium Epiſcopo, magno Patruo, S. D. Sm. Vol. LXXVII. p. 97.

Ex Autographo.

QUUM ſemper antea atque adeo à primis uſque incunabulis præter voluntatem propenſiſſimam perpetua etiam munificentia erga me uſus ſis, tum hoc tempore tot tantaque amoris tui pignora in me contuliſti, ut quid prius commemorem, aut ob quod potiſſimum tibi gratias agam omnino ſit difficile ſtatuere; quare iis recenſendis in præſentia non immorabor. Sed quo facilius defungar, commodiſſimum eſſe duxi una & eadem opera tam recentium quam ſuperiorum beneficiorum (maxime vero benevolentiæ tuæ ſingularis) nomine tibi gratias agere quam poſſum maximas, quas aliquando me favente Deo prolixiſſime cumulatiſſimeque relaturum confido, tibique hiſce literis promitto ac ſpondeo. Vale, magne Patrue, mihique multis magniſque nominibus longe chariſſime. Sterlino 3 Nonas Januarii M.D.LXXV.

Sm. Vol. LXXVII. p. 441.

Piis verbi Dei Pastoribus, Doctoribus, & Ministris, Evangelicæ veritatis Præconibus, Patribus in Christo nobis reverendis, Jacobus Rex.

POSTQUAM Dei opt. Max. beneficio ad regni nostri gubernacula accessimus, nihil nobis tantæ curæ fuit, quam ut veram & germanam religionem & sinceram ecclesiæ disciplinam instauraremus. Par enim est, cum ejus gratia regnemus, ut omnia nostra studia atque cogitationes ad illius gloriam referamus. Atque ut verbi divini simplicitas in regno nostro à superstitionum tenebris & Papismi fere vindicata est, quo nomine ingentes Deo gratias agimus; nihilominus pupillaris nostra ætas variis seditionum civilium tumultibus agitata non permisit, ut stabilem in Ecclesia politiam constitueremus, qua & ceteris regnis prælucere, & veritatem inter subditos meos conservare possit ad posteros. Nunc autem adolescentiam egressi, serio de hoc negocio cœpimus cogitare, & cum res hæc inprimis maximi sit momenti, non acquiescendum tantummodo duximus doctorum Pastorum judicio, qui inter nos ecclesiis præsunt: sed operæ precium putavimus vestram sententiam, eruditissimi, gravissimi, & piissimi Viri, exquirere: ut ad perfectissimum archetypon, quoad fieri potest . . . . nostra . . . . templi divini ædificatione conferantur. Hinc est quod dilecto nostro D. Patricio, valetudinis gratia in exteras regiones proficiscenti, mandaverim, ut præsentem Ecclesiarum nostrarum conditionem vobis exprimeret, & sententiam vestram mutua collatione explicaret, & ad nos fideliter perferret. Vos autem certò nobis persuademus tam pio & sancto instituto nostro consilio vestro non defuturos, sed ad me bona fide perscripturos, quid de solida reformatione quisque vestrum præsentiat. Deus laboribus vestris benedicat, Ecclesiam suam in libertatem vindicet, & mihi in Unigenito largiatur, ut in ejus gloria ornanda toto animo totaque vita incumbere queam. Datum ex palatio nostro Falcolandico

landico 12 Cal. Novembris anno à Servatoris Incarnatione 1583.

Vester in Christo Servatore filius, veræ & Evangelicæ puritatis alumnus & protector
Jacobus Rex.

Jacobus Dei gratia Rex Scotorum, doctissimo Viro, D. Nicolao Theophilo, Legum Doctori, ac earundem Hafniæ Professori, ac Consiliario Regio, amico nostro dilecto. Sm. Vol. LXXVII. p. 439.

QUUM ad serenissimum Principem, Fratrem nostrum, Consanguineum, ac Confœderatum Charissimum, Dominum ac Regem vestrum clementissimum, familiarem hunc nostrum ac dilectum Consiliarium ac Legatum, Petrum Junium a Setoun heredem, magnum nostrum Eleemosynarium, de rebus ad amicitiam ac benevolentiam inter nos ac subditos nostros mutuo augendam ac conservandam pertinentibus, deque arctiori necessitudinis vinculo in posterum contrahendo, mittendum statuissemus, hisce vos salutandos simulque rogandos duximus, ut prædictum Legatum in tam pio proposito, qua valetis apud Regem serenissimum, gratia & authoritate consilioque juvetis; itaque vos in dicendis sententiis, si res in consultationem venerit, geratis, ut vetustorum fœderum hactenus inviolatorum perpetuo conservandorum, ac conciliandæ indies arctioris concordiæ semper Authores fuisse videamini. Quod vos, qua estis erga Deum pietate, erga serenissimum Principem vestrum fide ac sinceritate, erga omnes mortales æquitate atque integritate, vel sponte vestra sedulo facturos non dubitamus Qua quidem re nihil vestra prudentia dignius, aut serenissimo Regi vestro, ut confidimus, gratius, nobisve acceptius unquam feceritis: dabimusque vicissim operam, ut si opus vobis fuerit nostra benevolentia aut beneficentia, eam nullo unquam loco desiderare possitis. Valete. Dominus Jesus vos incolumes conservet. Datæ è Regia nostra Falklandiana XIIII die Julii 1586, Regnique vero nostri XIX. Jacobus R.

D. Ramelio, Daniæ Cancellario.

Sm. Vol. LXXVII. p. 433. *Jacobus sextus Dei gratia Scotorum Rex* &c. *salutem.*

PETRUS Junius a Setoun Heres, Consiliarius noster, ac magnus Eleemosynarius, superiore anno è Dania à serenissimo Rege, Fratre, Consanguineo, ac Confœderato nostro charissimo cum humanissimo responso reversus, à te etiam omnis officii atque obsequii plenas literas nobis reddidit, multaque de [1] tuæ erga nos, ditiones, subditosque nostros studio ac benevolentia jucunde commemoravit, ac illud imprimis, quanta cura ac sollicitudine in id incumberes, quo sacrosancta illa amicitia ac necessitudo, quæ inter nos ac prædictum charissimum Fratrem, Dominum tuum clementissimum, majoresque nostros tot retro seculis inviolata permansit, etiam posteris immortalis relinquatur. Quo nomine magnam certe tibi gratiam habemus, rogamusque etiam atque etiam, ut in tam pio ac sancto instituto pergas, quo una eademque opera duos conjunctissimos Reges demereri possis, tum charissimo Fratri fideliter, ut facis, ac strenue inserviendo, nobisque amanter gratificando, utrique certe non vulgariter commodando. Nunc vero quod eundem Junium nostrum una cum generoso ac nobili Barone, Collega suo, Patricio Vausio a Barnbarrache Equite aurato ac Consiliario nostro, ad charissimum Fratrem de rebus ad utriusque nostrûm regnorumque nostrorum ac subditorum emolumentum spectantibus denuo legandum censuerimus, utrumque tibi diligenter commendatum cupimus, petimusque, ut in nostram gratiam solita eos humanitate ac benevolentia complectaris, nostraque eorum fidei concredita negotia omni ope, consilio, atque autoritate tua, qua plurimum vales apud Regem, juves ac promoveas. Erit id cum loco ac ordine, quem apud charissimum fratrem merito obtines, admodum dignum,[2] cum nobis vehementer gratum: pollicemurque vicissim, si ulla unquam occasio sese obtulerit tibi tuisve gratificandi, nos vestrorum in nos officiorum ac meritorum nunquam immemores futuros. Vale. Ex Regia nostra. 1587.

1. *Sic.* 2. *Sic.*

Jacobus

Jacobus Dei gratia Rex Scotorum ſereniſſimo ac potentiſſimo Principi, D. Friderico ſecundo eadem gratia Daniæ, Norvegiæ, Gothorum, Vandalorumque Regi, Duci Sleſvici, Holſatiæ, Stormariæ, ac Dithmarſiæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorſt &c. Fratri, Conſanguineo & Confœderato noſtro chariſſimo, ſalutem & perpetuum felicitatis incrementum. Sm. Vol. LXXVII. p. 435.

QUAS ſuperiore anno à veſtra Serenitate ad nos peramanter ſcriptas literas reverſus, familiaris noſter ac dilectus Conſiliarius, ac magnus Eleemoſynarius, Petrus Junius, a Setoun heres, nobis reddidit, gratæ admodum ac jucundæ fuerunt: nec non quæ de Serenitatis veſtræ, deque ſereniſſimæ Reginæ conjugis, conſanguineæ noſtræ dilectiſſimæ, ſalute ac incolumitate, deque liberorum veſtrorum ſuaviſſimorum cognatorum noſtrorum cognatarumque præclara virtutis indole, caſtis ac piis moribus, præſtanti forma, ac educatione vere Regia pluribus nuntiavit: quæque item de pace ac otio publico totiuſque inclytæ Daniæ felici ac tranquillo ſtatu retulit, gratiſſima ſane fuerunt, ac auditu jucundiſſima, quibuſque nos profecto propter multiplicem ac pervetuſtam ſanguinis, vicinitatis, fœderumque neceſſitudinem, non aliter afficiebamur, quam noſtris ac propriis; precamurque Deum immortalem, ut firma ac perpetua hæc eſſe jubeat. Nec minus grata fuerunt atque optata, quæ de ſingulari Serenitatis veſtræ erga nos ſtudio, deque fraterno, vel paterno potius, in nos noſtroſque omnes animo commemoravit: quod, vel ipſo tacente, ex reſponſo veſtro ad ſingula poſtulatorum noſtrorum capita non minus prudenti ac gravi, quam amico ac liberali cuivis perſpicue conſtare poterat. Quo nomine Serenitati veſtræ ingentes gratias agimus, referemuſque, Deo favente, occaſionem nacti, cumulatiſſime: nec non quod eundem Legatum noſtrum ac Conſiliarium tam honorifice habuerit, tamque humaniter atque clementer tractaverit. Quantam vero nos ex his omnibus voluptatem ceperimus, quantumque animus hinc noſter ad veteris

ac avitæ conjunctionis religionem sanctius colendam atque amplectendam, arctioraque novæ amicitiæ ac societatis vincula contrahenda ac perpetuanda excitatus atque inflammatus fuerit, ex mandatis, quæ eidem Junio tam nostro quam vestro, (Serenitati certe vestræ, quod & nos volumus, secundum nos deditissimo) ac generoso & nobili Baroni ejus collegæ Patricio Vausio de Barnbarrache Equiti aurato, fidelibus ac dilectis nobis Consiliariis [1], Serenitas vestra intelliget. Itaque à Serenitate vestra per communis amicitiæ ac consanguinitatis jura majorem in modum petimus, ut hosce nostros Legatos ac Consiliarios pro sua solita atque innata clementia atque humanitate benigno vultu excipere, benevole mandata nostra exponentes audire, matureque cum scripto responso expectatione nostra amicitiaque digno dimittere, iisque fidem in omnibus non secus ac nobis ipsis, si coram adessemus, (quod utinam aliquando Dei benignitate contingere possit) habere velit. Deus opt. Max. Serenitatem vestram Conjugi, Liberis vestris, ac regnis, nobisque, ceterisque cognatis ac confœderatis Principibus quam diutissime incolumem servet ac florentem. Datæ è Regia nostra 1587.

Sm. Vol. LXXVII. p. 167.

Jacobus Dei gratia Rex Scotorum illustribus, magnificis, ac generosis Dominis, regni Daniæ Proregibus dignissimis, salutem.

ILLUSTRES, magnifici, & generosi Domini. Quam prospere navigaverimus, atque Deo opt. Max. cursum secundante, sospite suavissima Conjuge, comitibusque universis in Scotiam nostram feliciter appulerimus, quibusque animis ac studiis à subditis excepti simus, illustres ac magnifici Domini Legati, utpote qui omnibus interfuerint, summa diligentia V. Mag. coram exposituri sunt.

Nec non quo pacto omnia, quorum causa legationem susceperant, ex animi sententia peracta sint, atque à nobis optima fide præstita.

1. *Deest aliquid.*

Superest,

Supereſt, ut pro ea, qua nos, dum apud vos eſſemus, ſingulari humanitate complexi eſtis, immenſas gratias agamus. Atque utinam occaſio detur veſtris Magnificentiis quavis in re gratificandi. Nunquam profecto in nobis Regiam erga vos veſtroſque voluntatem defuturam Regio verbo pollicemur. Ceterum hanc noſtram cum ſereniſſimo Rege veſtro electo, Fratre noſtro chariſſimo, fratribuſque ſororibuſque ceteris ſuaviſſimis, atque ſereniſſima Regina vidua, matre noſtra, ac conſanguinea chariſſima ſacroſanctam neceſſitudinem, cumque toto inclyto regno ac nomine Danico arctiſſimam conjunctionem, quam nos perpetuo atque inviolabiliter colere conſtituimus, vos pro virili, quod facitis, conſervare atque indies augere pergite. Id cum veſtris Magnificentiis dignum atque honorificum, tum nobis apprime gratum, imo ipſi præpotenti Deo admodum acceptum fuerit: cujus divini Numinis præſidio atque tutelæ V. M. ex animo commendamus. Illuſtres, magnifici, & generoſi Domini valete plurimum. 25 Maii 1590.

A Copy of a Letter of K. James I. *written with his own hand, I ſuppoſe to the K. of Denmarke.* Sm. Vol. CXLIII. p. 167.

GRATIAS, quales velim, tibi agere non poſſum, Frater amantiſſime, quod tam fraterne & amice mecum egeris, ut ex privatis & ſecretioribus mandatis tuis huic nobili fideliſſimo concreditis ſatis luculenter apparet. Hoc ſemper tibi perſuaſum eſto, me nunquam in ullis vere fraternis officiis tibi defuturum. Hæc ſancta æmulatio inter nos, Deo favente, non ſolum perpetuo durabit, ſed & indies augebitur, ut tibi per præfatum hunc nobilem fuſius relatum erit ex parte illius, qui vita durante remanebit

Serenitatis v. frater & compater amant.

K. James

Sm. Vol. XCVII. p. 135.

K. James to Q. Elisabeth. C.

Madam and dearest Sister,

THE residence of your Ambassadour here, whom by you are aswell advertised of every accident falls out here, as likewayes informed, what my request or desire is, that ye should do at this time, this, I say, is the cause, that stayes me untroubling you sa oft with my own letters as otherwayes I would do. In special, I doubt not, ye are sufficiently informed of this late rare and rash attempt, confirming now at Falkland that treason, which in winter they committed at holy rude house; but God be praised, who gave the last the worst succes. Now it rests for me to hunt thaim the best I may; and thairin to spair no painis nor travel; and for your pairt of concurrence, as well that none of these traitouris shall find refuge in any pairt of your dominions, as also that ye will according to your own lawis and thair just desertis punish such of your own lewd subjects, as were inducit by thaim to assist thaim at this deed. I doubt not in this case of your good will in respect of the straitt bond of amitie betwixt us; and besydis that I leave it to your consideration, if this be not a perrelluse president for all Princes; and because this turne will of necessity drive me to extaordinary charges, I must heartily pray you at this time to send me that qhole summe of annuitie, which I did the last year require of you; not that I am ignorant of the greatness of your present adoes, but that I trust ye will in this turn, turn your eyes a little from looking upon your owin estait, to blinke upon the necessaire case of your friend. But remitting this and all other things to her loving consideration, who never yet failed me in any my adoes, I committ ye, Madam and Dearest Sister, to the protection of the Almighty. From Edinburgh the fifte of Julie 1592.

Your most Loving and affectionate Brother and Cousin
James R.

Jacobus

Jacobus Dei gratia Scotorum Rex illustribus atque amplissimis inclyti regni Daniæ Senatoribus. Sm. Vol. LXXVII. p. 423.

ILLUSTRES atque amplissimi Senatores. Reversus ex Dania atque Germanica legatione Junius noster, multa sane auditu jucunda nobis commemoravit: ex quibus illud non postremum fuit, quanta cum animi voluptate literas nostras atque nuncium tum de nostra incolumitate, tum de Principis filioli nostri charissimi felici nativitate Magnificentiæ vestræ accepissent: & quanta cum alacritate serenissimo Regi suo, Fratri, Consanguineo atque Affini nostro charissimo, authores extitissent, uti Legatos ad nos ea de re congratulatum, & ad Baptismi solennia condecoranda Viros nobilissimos & lectissimos nobisque dilectissimos statim decerneret: necnon quanta cum humanitate eundem Junium nostrum nostra causa tractavissent. Accesserunt ipsorum Legatorum de vestro erga nos singulari amore atque constanti benevolentia sermones crebri, & de assidua vestra cura atque indefesso studio, quo concordia inter nos Reges, regna, ac populos nostros foveretur omnibus modis atque amplificaretur. Sed quantumvis grata ista nobis, nihil novum illi tamen afferebant: quippe qui multis antea experimentis vestrum tam erga nos nostraque animum quam erga rempub. perspectum penitus haberemus. Quo nomine Magnificentiis vestris ex animo gratias agimus, nostramque vicissim amicitiam atque favorem regium vobis, ubi usus fuerit, perpetuo paratissimum fore pollicemur. Cetera ex Legatis ipsis, atque illud præsertim, quid consilii ceperimus, quo Pontificiorum apud nos Scoto-Hispanorum pestiferam factionem repullulantem mature reprimamus, atque radicibus, Deo favente, brevi extirpemus. In quorum Legatorum explorata fide nos prorsus acquiescimus, idemque ut à vestris Magnificentiis fiat, clementer petimus: eosdemque Dei opt. Max. tutelæ commendamus. Datæ ex Regia nostra Sancruciana 9 Septembris 1594.

Vestrarum Magnificentiarum amicus

Jacobus Rex.

Sm. Vol. LXXVII. p. 425. *Jacobus* VI. *Dei gratia Scotorum Rex, illustrissimo Principi, D. Udalrico eadem gratia Duci Megalopolensi, Principi Wandalorum, Comiti Suerinensi, Rostochiensium & Sturgardiensium Domino, Patri, Prosocero, atque Affini suo charissimo, salutem & prosperos successus.*

RESPEXIT nos tandem Deus opt. Max. benigno vultu, Illustrissime Princeps, Pater atque Affinis charissime, & quod ardentibus votis ac precibus diu multumque efflagitavimus, cumulatissime id in nos contulit, optatumque illum diem illucescere nobis voluit, quo ex suavissima nostra conjuge, D. Anna, Celsitudinis vestræ nepte charissima, salva & incolumi puerpera, proles nobis mascula feliciter nasceretur: nobis quidem filius, vestræ vero Celsitudini pronepos expectatissimus, magnum illum sempiternæ memoriæ Fridericum, parentem quondam nostrum & socerum dignissimum, toto oris habitu referens. Quo nomine immortales divino Numini gratias agimus, ab eoque suppliciter petimus, ut hæc bona faxit nobis perpetua, regnisque tam Scotiæ quam Daniæ, inclytissimæque Megalopolitanæ familiæ, ditionibusque utrobique ac populis salutaria.

Hæc cum vestræ Celsitudini non minori quam nobis ipsis voluptati fore certo sciremus, ad eam cum mandatis familiarem hunc nostrum, atque dilectum Consiliarium, Petrum Junium a Setoun, regni nostri Eleemosynarium, vestræ Celsitudini jam ante multos annos probe notum legandum censuimus, cui fidem in omnibus, quæ nostro nomine referet, non secus ac nobis ipsis, si coram adessemus, haberi cupimus. Deus, cœlestis Pater, venerandam istam Celsitudinis vestræ canitiem diutissime incolumem tueatur, omnibusque honoribus atque benedictionum generibus mactet atque florentem efficiat. 1594.

R. Ja-

R. Jacobus Sereniſſimæ Principi D. Sophiæ Daniæ &c. *Reginæ viduæ Salutem & perpetuum felicitatis incrementum.* Sm. Vol. LXXVII. p. 427.

SERENISSIMA Regina, mater, ac conſanguinea noſtra chariſſima. De felici noſtro ex Dania trajectu, atque in regnum noſtrum cum ſuaviſſima conjuge proſpero appulſu decima poſtquam Helſingora ſolvimus luce, ſalva claſſe atque univerſis comitibus, ſingulari Numinis cœlitus aſpirantis benignitate, ab aliis ad veſtram Majeſtatem perſcriptum eſſe ſcimus. Quid poſterius actum ſit, ut pacta inter nos inita penitus conficerentur,noſque, quod ſpoponderamus,præſtaremus, quæque coronationem chariſſimæ conjugis, ejuſdemque urbem Edinburgum ingredientis pompam præceſſerint, quæve conſecuta ſint, quis nimirum concurſus regni Procerum, Senatorum, Equitum, nobilium, populi, plebis, omnium denique Ordinum atque ætatum factus ſit, quanta gratulatio, qui plauſus, quam fauſtæ ac lætæ acclamationes, quæ vota, preces, quam incenſa omnium ſtudia judicium noſtrum in deligenda vitæ ſocia comprobantium, illuſtribus & magnificis Dominis Legatis exponendum relinquimus.

Quorum nos niſi fidem, diligentiam, dexteritatem, ac ſingularem prudentiam, imprimiſque illuſtris Petri Munkii Admirallii, in negotiis ſibi demandatis tractandis, jamque ex animi ſententia ad finem perductis ſedulo teſtaremur, recuſare non poſſemus, quin inofficioſiores dici ac haberi jure deberemus.

Sed ut illos commendare proclive fuerit, utinam eoſdem pro merito tractare tam facile nobis fuiſſet. Quum enim recordamur, (quod certe nulla unquam delebit oblivio) quam ſplendide, quam ſuaviter, quam prolixe, quam dapſile, &, ut uno verbo abſolvamus, quam baſilice apud Majeſtatem veſtram habiti ſumus, omnia ſi in illos conferemus, nunquam tamen nobis ſatisfaceremus.

Merebitur fortaſſe aliquam veniam diuturna ab atavito regno abſentia, & in nupero patrefamilias oeco-

nomicæ vitæ insolentia. Utut sint, erunt, aut fuerint, vestræ Serenitatis illam innatam & vere propriam in hospitibus humaniter excipiendis, blande compellandis, liberaliter & honorifice, Regioque apparatu tractandis hilaritatem, indulgentiam, comitatem, nullo nos unquam studio, neque quenquam mortalium assequi posse confidimus.

Periclitabimur tamen, maternisque Serenitatis vestræ vestigiis insistentes, hujus nos rationis rudimenta in lectissima conjuge tractanda deponemus, piissimæque matri debitum (quoad alia vestræ Serenitati gratificandi sese occasio obtulerit) filiæ dignissimæ, ut possumus, persolvemus.

Publica hisce non miscebimus, quum illustribus ac generosis D. D. Legatis in solidum ea permiserimus: de quorum accurata diligentia, rara peritia, fide certissima apud omnes constat. Vale, Regina serenissima, Mater indulgentissima, ac Consanguinea animo nostro longe charissima, ac nos jam in Liberorum album relatos materne amare pergito, vicissimque à nobis omnem pietatem, obsequium, studia, officia, ceteraque, quæ filium Parenti optimæ præstare par est, confidenter expectato.

Vestræ Serenitatis

Filius obsequentissimus ac consanguineus charissimus

Jacobus R.

Utinam Majestas vestra Latine, Britannice, aut Gallice sciret, aut nos Germanice aut Danice.

Sm. Vol. xcvii. p. 133.

K. James to . . . . C.

My honest blade,

I Dare not say faced 3: the letter, talking of deambulatory Councels and such like satirick tricks, did a little chafe me; but you see I answered according to the old scholars rule, *in quo casu quæris, in eodem respondere teneris*. For I would be sorrie not to be as constant indeed as she was, that called herself *semper eadem.* Indeed you may tell the beagill, that he hath best cause

cauſe to complain of my being a Peripatetick. For I will oftetimes walk ſo faſt round about and about with him, that he will be like to fall down dead upon the floor. I can give you no other thanks for your dayly working and publick railing upon me, ſave only this; do what ye can, ye can give me no mo arguments of your faithfull affection towards me; and do what I can unto you, I can never increaſe a hair the devotion of your ſervice towards me. We have kept ſuch a revell with the Puritans here theſe two dayes as was never heard the like, where I have peppered them as ſoundlie as ye have done the Papiſts there. It were no reaſon, that thoſe that will refuſe the airie ſign of the croſs after baptiſme, ſhould have their purſes ſtuffed with any moe ſolid and ſubſtantial croſſes. They fled me ſo from argument to argument, without ever anſwering me directly, *ut eſt eorum moris*, as I was forced at laſt to ſay unto them, that if any of them had been in a College diſputing with their Scholars, if any of their diſciples had anſwered them in that ſort, they would have fetched him up in place of a reply, and ſo ſhould the rode have plied upon the poor boye's buttocks. I have ſuch a book of theirs, as may well convert Infidels; but it ſhall never convert me, except by turning me more earneſtly againſt them. And thus praying you to commend me to the honeſt Chamberlain, I bidd you heartily farewell.

James R.

Inſcriptio dedicatoria sereniſſimi Regis Jacobi I. *operibus ad Academiam Oxonienſem tranſmiſſis præfixa.*

Hujus Epiſtolæ ſive Inſcriptionis Apographum habeo in Coll. SMITHIANIS Vol. LXXIX. p. 9.

[1] Jacobus R. D.D."

[2] JACOBUS D. G. Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, fidei Defenſor, qui majorum titulis literarum decus addidit, & Muſas pulla lugentes in veſte ſolio impoſuit purpuratas; qui Catholicam fidem non

1. *A manu ipſius regis.* 2. *Characteribus elegantiſſimis ſcripta eſt Epiſtola; ſed neſcio à quanam manu.*

ferro

ferro & igne (quod iis relinquit qui nihil ſibi reliquerunt in veritate præſidii) ſed ſtilo & voce aſſeruit; qui mitræ ambitione ſcriptis peſſundata diadema ſui fecit juris; Has Religionis & Sceptri vindicias, hoc regii otii negotium ſibi ideo voluit ſupereſſe, ut poſteris ſuis impenſi temporis ratio conſtaret, extaretque quod imitarentur, quandocunque res poſceret, exemplum. Itaque ſuæ Oxonienſi Academiæ, ſanctiſſimo Mnemoſynes fano, fido literariæ Reipubl. tabulario, hoc depoſitum credidit, monumentum bonæ mentis, æternumque amoris ſui pignus, quo ſic literas proſequitur, ut inter earum cultores in Bibliotheca publica locum ambiat, qui quotus qualiſque futurus ſit, almæ matris arbitrio permittit.

[1] *Georgius Calvert Secretarius."*

Sm. Vol. LXXIX. p. 11.

Academiæ Oxonienſis Epiſtola ad Jacobum Regem, qua gratias agit pro operibus.

Potentiſſimo Doctiſſimoque Principi, Jacobo Dei gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regi, noſtroque Mæcenati munificentiſſimo Academia Oxonienſis.

Ex Autographo.

AUguſtiſſimum & vere βασιλικὸν δῶρον, (Rex sereniſſime) tanquam Ancile quoddam cœlitus delapſum, pio amplexa eſt affectu Ancilla veſtra, Oxonienſis Academia. Cujus enim pectus non accendat aureum hoc ſolis jubar? quos ſtimulos non imprimat perpetuum honoris pignus, & ampliſſimum favoris monumentum? Parum abeſt, quin ſpatioſus Britanniæ ambitus ſimul in Academiam laxetur, & unanimis undequaque populus ad Regis exemplum compoſitus, in gentem Philoſophorum vertatur. Agnoſcit ſacrum Muſarum adytum Majeſtatis veſtræ genium, aureo volumine incluſum, cujus inſtinctu & propitio Numine plena nunc omnium pectora incaleſcunt. Agnoſcunt circumſtipantes reliquorum Muſæ Anteſignanum hunc Phœbum, cujus radiis

1. *Ab ipſius Calverti manu.*

ſuas

ſuas debent ſtricturas. Felicitatem tantam ſublimi, debita tamen ſuperbia admiratur Bibliotheca, cujus fidæ cuſtodiæ tam regale depoſitum, & ſtupendus totius orbis theſaurus conſecratur. Gloriatur univerſa ſtudioſorum cohors, Regiam veſtram Majeſtatem in Aula verſari, ac ſi in Helicone; tam calamo quam gladio accingi; & imperii habenas literarum caduceo moderari. Deſinant igitur ambulantia hominum cadavera literas deſpicere, quas neſciunt; quum cogitarint Principem, tam multa ſcientem, quam regentem; horarum formulas viciſſitudine regiminis & ſcriptionis dividentem, ac ſi æque jucundum in literis ac imperio ſit. Quid ſupereſt, niſi ut æternitatem expectes, cum literas æternas eſſe facias? Nos interim, & poſteri omnes grato ore reſonabunt Monarchæ Jacobi otium plus patriæ & humano generi profuiſſe, quam aliorum negotium ac exercitus.

Sacræ Majeſtati veſtræ devinctiſſima

Academia Oxonienſis.

E Domo noſtræ Convocationis
Maii 29°. Anno Domini MDCXX.

Oratio Joannis Rouſe, bibliothecæ Bodleyanæ Præfecti, quo tempore R. Jacobi I. *opera in Archivis illius deponerentur.* Sm. Vol. LXXIX. p. 13.

ACCIPIO omen, excellentiſſime Procancellarie, & (quod mihi atque huic loco felix fauſtumque ſit) manus integras, & (ut ita loquar) virgineas, hoc eſt, quas ab ipſo meæ electionis die nullius adhuc benefactoris donum præfloravit, ad magnificum hoc & regale munus contrectandum affero.

Nemo noſtrûm eſt, ut arbitror, qui neſciat quanto per aliquot annos ſtudio, quantaque ſollicitudine Divus Bodleius ad hanc bibliothecam cum inſtaurandam tum locupletandam incubuit: hoc tamen, ut mihi videtur, nomine præcipue laudandus, quod cum in omni librorum genere ditari eam inſtruique cuperet, oſtendit non ſemel in privatis ſermonibus velle ſe, id quod legibus poſtea Academicis

Academicis stabilitum est, quæ à Regia Majestate scripta forent, ea omnia ut singulari industria conquisita in hoc armario reconderentur. Pulchra quidem cogitatio Academia Oxoniensi & Bodleio suo, hoc est, ingenio ad immortalitatem nato, dignissima; qui tamen si ante obitum vel tantum somniasset venturum aliquando eum diem, quo augustissimus Regum Jacobus, seposita quasi ad tempus Majestate, Legationem honorificam ad nos humiles literiones decerneret, & per lectissimorum virorum manus opera sua, ad miraculum exquisita, transmitti curaret, non dubito, quin divinus ille vir, licet corpus haberet effœtum senectute morbisque fractum, adeoque hoc æternitatis monumentum ad umbilicum fere perduxisset, tamen exoptare, imo precibus à Deo contendere voluisset, ut prolongato aliquantisper in terris incolatu suo, saltem hujus honoris usura, qua nos hodie non sine incredibili voluptate fruimur, sibi etiam indulgeretur. Defuit certe hoc unum ad felicitatis Bodleianæ cumulum, ignoscite præfidentius loquenti, diem istum præclarum vidisse.

Atqui tamen cum illo non omnino male actum est, utpote qui post extructum hoc, quod vidistis, memoriæ theatrum, in beatorum numerum relatus sit; & quamvis huic jubilæo, quod hodie peragimus, illi interesse non contigit, tamen, ut habet Nazianzenus, εἴ τις αἴσθησις, si quoquo modo res posterorum ad defunctos pertineant, etiam hujus diei honore non penitus frustrabitur: &

Partem aliquam venti Divûm referatis ad aures.

Verum quod muneris mei est, ad apothecam Gazophylacii secretiorem, in qua depositum hoc sacratissimum locari possit, accedo. Scripsit Henricus octavus Patrum nostrorum memoria schediasmata quædam contra Lutherum, aut saltem quæ sub illius nomine prodierunt; quæ tamen à Pontifice Romano & illius seculi hominibus, utpote à Rege profecta, tanto in pretio habebantur, ut etiam hodie in capsulis Vaticanis non ignobilem locum obtineant. Regium opus fateor, at quid habuerunt illa Jacobi simile?

——————— *Distant æra lupinis.*

Vidimus

Vidimus & ipsi ante septem annos in Bibliotheca Palatina volumen satis amplum, historiam Arthuri continens, à Comite, nescio quo, è sermone Gallico in vernaculum istius loci conversam; quod tamen apud eos adeo in deliciis habetur, ut magnus ille Gruterus Bibliothecam invisentibus illud, si Diis placet, pro rariore quadam supellectile ostentare non dubitet.

Quod si illi tanti viri Regum aut Principum quisquilias tantopere admirantur, quem, obsecro, nos locum satis idoneum incomparabili huic Regis Jacobi thesauro decernemus?

Quæro, quod nusquam est, invenio tamen.
Portam aperio. Audite, viri optimi, sacrarium hoc est templi Bodleiani alterum; plebeius hîc nemo habitat; selectissimi tantum libri, & qui paucorum manibus teruntur. A dextra Henrici septimi, à sinistra Mariæ Reginæ, ejus nominis primæ, breviarium conspicitur.

Cœlicolæ omnes, omnes supera astra tenentes.
Atque hunc locum, cum bono Deo, nobilissimæ reliquiæ, Academiæ nomine, pro officii mei ratione, summa, qua possum, reverentia, quoad de meliore atque augustiore prospiciatur, vobis assigno. Videtis quid factum, clarissimi Viri advenæ, salvete,

——— *Regique hæc dicite nostro.*

Inscriptio Dedicatoria, Serenissimi Regis Jacobi I. *operibus ad Academiam Cantabrigiensem transmissis præfixa.* Sm. Vol. LXXIX. p. 17.

Ex Autographo.

[1] Jacobus R. D. D."

JACOBUS D. G. Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, fidei defensor, &c. postquam decrevisset publici juris facere, quæ sibi erat commentatus, ne videretur vel palam pudere literarum, quas privatim amaverat, vel eorum seu opinioni seu invidiæ cedere, qui Regis Majestatem literis dictitabant imminui, vel Christi-

1. *A manu ipsius Regis.*

